

157.

Schiffen.

157.



V

0011

(alt Nr. 393.)

Sammelband von 57 Schriften theol.,  
philos. u. jurist. Inhalts.  
v. Meier, J. Th.

P. VII. 89.



COLLEGI ADIAPHORISTICI

*Calvinianis oppositi*

DISPUTATIO SEPTIMA,

*De*

CONFESSIONE  
ET ABSOLUTIONE

privatâ, itemq; muneribus, confiten-  
tium.

*Quam*

NUMINIS TRIUNIVS ADIUTU,

SVB PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI, S. S.

Theologiæ Doctoris & Professoris  
publici,

*Placidâ συζητήσιν ventilandam proponit*

BRUNO BROITZHEIMIUS,

Brunsvvigâ Saxo.

*Ad diem 4. Maij, horis locoq; consuetis.*

UUITTEBERGÆ

Typis Iohannis Gormanni

---

ANNO M. DC. XVI.



*Spectatissimis, Prudentissimis atq; Hu-  
manissimis VIRIS,*

**Dn. AUGUSTINO à PEINE**  
Civi & Mercatori apud Ambstelo-  
damenses primario.

Dn. Georgio à Dam

Dn. Johanni à Dam

Dn. Tilemanno à Vechelt

Dn. Julio Pauli

Dn. Tilemanno } à Vechelt Fratribus

Dn. Hinrico } germanis

Civibus  
ac Patri-  
cijs Brun-  
swicensi-  
bus.

*Dn. Mecœnatibus, Fautoribus & respectivè  
Avunculo, Cognatis ac Consobriniis  
suis suspiciendis,*

Disputationem hanc lubens  
meritoq;

*Dedico & Consecro*

**Bruno Broitzheimius**  
Autor & Resp.



DISPUTATIONIS SEPTIMÆ  
Collegij Adiaphoristici

De

CONFESIONE ET ABSO-  
lutione privata itemq; muneribus confi-  
tentium.

Thesis I.



Quantum est peccatum malum, tantum bonum  
pœnitentia, summum scilicet & præstantissi-  
mum. Ut enim homo per peccatum amittit  
Deum *Esaia 59, v. 2. 1. Iob. 3, v. 8.* summum illud  
& incomprehensibile bonum *Matth. 19, v. 17.* à  
quo omnes perfectiones desideratæ effluunt,  
sicuti à prima causa; quod summum est ma-  
lum; ita per pœnitentiam ad eundem reducitur *Deuter. 30, vers. 2.*  
*Actor. 26, v. 18,* quod summum est bonum, ipsi hac in vitâ non pro-  
prio nisu & labore, sed unicè & solum è summo isto bono Deo  
ter Opt. Maximo obringens: *Ierem. 31, v. 18. Threnor. 5, v. 21. Ezech.*  
*36, v. 26. Actor. 5, v. 31. Ephes. 2, v. 5. Iob. 6, v. 44. 2. Corinth. 3, v. 5.* Is  
imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini  
portum salutis, ut huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta  
est, medicina pœnitentiæ subveniret. *Lactant. l. 6. divinar. institut.*  
*C. 24.* Is secundum *Bedam. l. 3. in Esdras cap. 23.* per Spiritum san-  
ctum nobis & devotionem pœnitendi infundit, & pœnitentibus  
donum veniæ confert.

*Pœnitentiæ  
utilitas.*

*Pœnitentiæ  
autor solus  
Deus.*

II. Quemadmodum enim homo, qui de ventre matris suæ

A 2

gib.



gibbosus nascitur, nullam potest in ventre medicinam aut virtutē naturalem, cujus vi possit ad naturalem rectitudinem restitui: ita etiam cum nostra voluntas nata sit cum spirituali gibbo atq; incurvatione, nemo est, qui eam ad rectitudinem possit reducere, & ad Deum sic dirigere, ut eum super omnia diligat, nisi Deus ipse, qui eam creavit. Quemadmodum autem homo non potest hunc amorem transcendentem acquirere sine Deo, sic ne super omnia dolere potest de peccatis suis sine speciali Dei dono & auxilio; unum enim ab altero pendet, & indiviso nexu ipsi cohaeret. Ubi enim Dei amor, ibi peccatorum detestatio, ubi hæc, ibi pœnitentia; Ergo ubi pœnitentia, ibi Dei amor, ubi hic, ibi tota S. S. Trinitas, *Iob. 14, v. 23.* ubi hæc, ibi Christus, ubi Christus, ibi omnia *Rom. 8, v. 33.*

*Pœnitentia  
Synonyma.*

*& periphrases.*

III. Pœnitentia hinc in Scriptura dicitur conversio à peccatis *Es. 59, v. 20.* à vijs malis *2. Par. 7, v. 14.* ἀποστρασις ἀπ' ἀδικίας *2. Tim. 2, v. 19.* reditus ad Dominum *Deut. 30, v. 2.* *Ierem. 3, v. 7.* resurrectio prima *Apoc. 20, v. 6.* *Colos. 2, v. 12 13.* *Nazianz.* vero est μέγα κακίας φάρμακον; sicut enim vermis in ligno natus ipsum comminuit: ita tristitia de peccato nata, per pœnitentiā inducta, conterit malitiā & peccata. *Augustino* est via, quæ homines ad Angelos ducit & creaturam creatori reddit. *Isidoro* est medicamentum vulneris, spes salutis, per quam mors destruitur, & vita reperitur, infernus clauditur, cœlum aperitur, Diabolus fugatur, Deus invenitur.

*Novatianorū  
sacrilegium.*

IV. Sacrilegij contra optimo jure inculantur *Novatiani sive Cathari* καὶ λογισμὸς Φυσίωσιν ita dicti, qui, lapsis post baptismum, nullam spem salutis reliquam esse, licet lacrimis, gemitu & dolore cordis, Ecclesiæ fores pulsent, & cuncta ad sinceram conversionem pertinentia perficiant, adferentes; præstantissimum hoc κερμήλιον Ecclesiæ Dei surripere studuerunt, & quod Cyprianus de illis pronuntiavit, non tantum, quod in Evangelio significatum est; sicut Sacerdos & Levita jacentem vulneratum præterierunt, sed ingeniosa & nova crudelitate sauciatum, penitus occiderunt. Grandissimum hoc fuit sacrilegium, gehennæ non rotæ supplicio dignum. Negata enim peccatorum venia, negatur Dei misericordia, justitia & veritas (Nō n. comminaretur nō pœnitenti, si nō ignosceret delinquēti, ait *Tertull. de pœn.*) gratiæ icē & meriti Christi immensitas, imò usus clavis absolutiōis & scopus totius Evangelij penitus evertitur.

5. Cæ

V. Cæterum, quod pœnitentia salutaris istum, de quo diximus, Pœnitentia  
fortiatur effectum, duo requiruntur, quæ ipsius sunt partes *ovqz tncas partes.*  
& essentielles, Fides scilicet & Contritio. Fidẽ e censu partium pœniten-  
tiæ exterminant *Bellar. l. 1. de pœn. c. 19. Calvin. l. 3. inst. c. 3. s. 5. P. Martyr  
class. 3. loc. c. 8. Beza in absterf. Calum. Heshus. ad calumn. 4. Bucan. in loc. de  
pœn. qu. 6. sed malè;* cum illa discernat pœnitentiam salutarem ab  
emortuali seu exitiali, accipiat salutem & remiss. peccatorum, ad quæ  
obtinenda, pœnitentia est ordinata *Ast. 2, 38. & c. 3, 18. quæ de re a libi.*

VI. Contritio, quæ necessario ad pœnitentiam requiritur, non Contritio an-  
quidem ut mentum reconciliationis, vel mediũ apprehendendæ & cur requi-  
gratiæ (Qui n. tale medium esset illud, quod est ex lege, unde pec-ratur ad pœnẽ-  
cati agnitio, nõ abolitio *Rom. 3, 20. unde nulla justificatio Gal. 2, 16. tentiam.*  
sed ira *Rom. 4, 15. quod itẽ est imperfectum, facultate apprehendendi  
Christum destituitur, & nullum ad promissionem Dei gratuitam de remis-  
sione peccatorum habet respectum) sed ratione ordinis atq; obediẽ-  
tiæ, quã Deus in cõvertendis exigit *Es. 46, 8. c. 66, 2. Ier. 3, 13. 6. 4, 3. & 8. Quid sit.*  
*Iob. 2, 12. est verus ac serius cordis dolor ex agnitione peccatorum  
& sensu iræ divinæ adversus illa exortus, cum conscientie pavori-  
bus & peccatorum detestatione conjunctus. Hinc præter externa Quæ ejus st-  
signa quibus sese hominum oculis plerumq; si modo vera, ingerit, gna externa.*  
quæve sunt jejunium, scissio vestium, lacrumæ, humicubatio, cineris  
super caput sparsio, sacci, i. e. sordidorum & incommodorum vesti-  
mentorum usus, pectoris & femoris percussio, aquæ effusio; com-  
plectitur 1. veram peccatorum agnitionem *Pf. 51, v. 5. Ier. 3, 13. & c. 14. Quid comple-  
v. 20. 2. sensum iræ divinæ adversus peccata Pf. 6, 1. Pf. 38, 2. Mich. 7, 9. etatur.*  
*Nah. 1, 6. 3. Conscientiæ angores & pavores Pf. 25, 17. Pf. 31, 13. 4. Ve-  
ram coram Deo humiliationem Pf. 38, 9. Pf. 44, 25. 5. Seriam pecca-  
torum detestationem Pf. 51, 5. & deniq; 6. ingenuam peccatorum  
confessionem Pf. 32, 3. Quoniam tacui in veteraverunt ossa mea, in  
rugitu meo, tota die v. 5. peccatum meum notum feci tibi, & ini- Confessionis  
quitatem meam non operui, dixi, confitebor adversum me injusti- necessitas &  
tiam meam Domine, & tu remisisti impietatem peccati mei 1. Iob. 1, utiit as.*  
9. Si confitemur peccata, fidelis est & justus, ut remittat nobis pec-  
cata, *Prov. 23, 13. Qui confitetur & derelinquit scelera sua, miseri-  
cordiam consequetur. Nihil reddit Deum adeo placatum atq; hu-  
milis peccati confessio. Confessio est salus animarum, dissipatrix  
vitiatorum, restauratrix virtutum;* inquit alicubi *Augustinus. Verè.**



cessat vindicta divina, ubi præcurrit confessio humana, ait idem in *Psalmum 118*. Non potest quisquam à peccato justificari, nisi peccatum prius fuerit confessus, ait *Ambrosius*, cui adstipulantur illa vulgata: Sanat confessio morbi, & peccatum non agnitum non potest emendari, item illud *Sedulij*

magna est medicina fateri

Quod nocet abscondi, quoniam sua vulnera nutrit

Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.

Confessionis  
species.

Confessio Ec-  
clesiæ coram  
ram Deo est.  
Ordinaria.

VII. Porro Confessio peccatorum fit vel palam vel clam; Quæ palam fit, est vel totius Ecclesiæ coram Deo, vel certarum personarum coram Ecclesiæ. Illa fit, quando præeunte verbi ministro populus iniquitates suas confitetur, earumq; remissionem petit. Estq; vel Ordinaria vel Extraordinaria. Ordinaria fit vel in quibusvis sacris congressibus, vel certe solemnioribus, quales habentur die dominico & diebus festis. Illuc spectat in quibusdam Ecclesijs, & etiam hæc nostra, die dominicâ, post habitam Concionem, è suggesto recitata Confessio. Huc solemnissimâ Israelitarum anniversaria Confessio, die 10. mensis 7. instituta, de qua *Levit. 16, v. 21*. Confessionis illius forma, adnotante *Pelargo* in hunc locum, hæc fuit. O Domine peccaverunt, iniquè egerunt, prævaricati sunt coram te populus tuus domus Israel: Obsecro Domine remitte nunc peccata & iniquitates & prævaricationes quibus peccaverunt, iniquè egerunt & prævaricati sunt coram te populus tuus Israel, sicut scriptum est in lege Mosis servi tui, quoniam in die isto expiationem faciet pro nobis, ut emundet vos, & ab omnibus iniquitatibus vestris mundi sitis coram Deo. Extraordinaria fit, quando totus aliquis cœtus, aut Ecclesiæ, sentiens præsentia vel imminencia Dei flagella, propter peccata, solenni instituta pœnitentiæ professione, indictâ à Magistratu vel gubernationibus Ecclesiæ, adhibito fletu, jejunio, & olim cinere, sacco &c. iram Dei deprecatur. Talis fuit pœnitentia Israelitarum, in libro *Judicum C. 2, v. 4. & Cap. 10, v. 10. 15. 16. 1. Sam 7, v. 6. Nehemia 9, v. 1. Ninivitarum Ione 3, v. 56.*

Confessio coram  
Ecclesiæ quid.

IIIX. Quæ coram Ecclesiæ cœtu edebatur Confessio dicebatur è *ἑομολόγησις* eratq; disciplinæ Ecclesiasticæ in primitiva Ecclesiæ pars non minima, quâ scilicet illi, qui notorio aliquo scelere, Ecclesiæ non tantum maculam suffuderant, sed etiam eandem of-  
fen-





fenderant, cogeantur publicè coram ipsa scelera sua confiteri, istiusq; iudicium & pœnam audire & sustinere. Quia enim enormia scelera, à Magistratu, qui nondum erat Christianus, non puniebantur, ideo, ne Ecclesia ob quosdam manifestarios peccatores, malè audiret inter gentes, & ne mala ista exempla infirmioribus ostendiculo essent, vel contagione nocerent, ut item reliqui à similibus peccatis absterrentur; & animus illorum, qui ad Ecclesiam redibant, exploraretur, an serió resipiscerent (quod statuebatur, si erant *ωρθουοι τῆς Ἐκκλησιαστικῆς* Ecclesiasticæ) morem publicæ Confessionis magna severitate instituebat, institutumq; majori conservabat orthodoxa Ecclesia.

IX. Erat verò hæc Confessio *primò* Criminis 1. non tantum *Quotuplex.* notorij & excommunicatione digni; sed & 2. Illius quod nondum ad factum cesserat, sed cujus tantum cogitatio animum subierat, & deniq; 3. criminis perpetrati quidem, nondum verò invulgus delati, quod tamen prius Sacerdoti exponebatur, cujus consilio & autoritate vel indidem unde oriebatur sepelibile fiebat, id est, in latebras penitissimi pectoris abscondebatur, vel Ecclesiastico cœtui exponebatur. *Secundo*, erat hæc confessio vel *voluntaria* vel *coacta*. *Voluntaria*, quando delinquentes ultrò & sua sponte scelera commissa, apud Ecclesiæ præsides deferebant, & publicabant, externis signis seriam contritionem testati, & reditum ad frugem bonam polliciti. Hujus imaginem qualemcunq; in se habet Confessio mulieris peccatricis, *Luc 7, vers. 38.*

*Coacta*, quando rei enormium scelerum peccata agnoscere & confiteri nolentes, publica eaq; sæpius iterata correptione, & nî aculeos hæc in ipsorum relinqueret animus, excommunicatione ad exomologesin trahebantur & cogeantur.

X. Sic ad confessionem adegit Josua Achanum *C. 7, v. 19.* Paulus incestuosum Corinthium 1. *Corinth. 5, v. 5.* & 2. *Corinth. 2, v. 6. 7.* Fabianus, Episcopus Romanus, Philippum Imperatorem, Gordiani filium, à communione precum & sacræ Cœnæ, eò quod confiteri nollet (insimulabatur parricidij ille) arcebat anno Christi 245. Ambrosius Episcopus Mediolanensis Theodosium, propterea quod permiserat militibus promiscua cæde sævire, in nocentes & innocentes, perpetrata cædis in Ulderico præfecto ab

| Ec-

Ecclesia integros octo menses arcuit. Nicephorus in historia Ecclesiast. lib. 12. c. 41. Innocentius Episcopus Romanus Arcadium ejusque conjugem Eudoxiam, & reliquos Ecclesiasticos, quorum perversis studijs & reproba condénatione Chrysostomus ejectus fuerat, excommunicavit. Niceph. l. 13. c. 34. Idem sed dissimili in casu fecit Euphemius Episcopus Constantinopolitanus Anastasio dicoro. Nicephorus. l. 16. c. 26. & Theodorus Episcopus Laodicensis Apollinariis duobus, qui Epiphaniij impij Sophistæ Contubernium relinquere volebant, Centur. 4. Magd. cap. 6. p. 458. Sozom. l. 6. c. 25.

Confessio ad Deum.

XI. *Quædam fit confessio dirigitur vel ad Deum vel ad proximum vel ad verbi ministrum. Confessio quæ ad Deum fit est, quæ homo ex corde contrito & humiliato peccata sua in quotidianis precibus Deo omniscio, justo & clementi confitetur, & remissionem illorum per Christum petit. Hanc commendant 1. Christi præceptum Matt. 6, v. 11. 2. necessitas Ps. 32, v. 3. Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea. Super quem locum pulcrè Augustinus: Non operui, sed aperui, ut tu aperires; non celavi, sed detexi, ut regeres. Quando enim homo detegit, Deus tegit, cum homo celat, Deus nudat, cū homo agnoscit Deus ignoscit. 3. Utilitas Zach. 1, v. 3. Convertimini ad me (dicit Dominus) & ego convertar ad vos 1. Job. 1, v. 9. Si confitemur peccata, fidelis est Deus & justus, ut remittat nobis peccata. Vide supra th. 6. 4. Exempla sanctorum, ut Davidis Ps. 6, 32. 38. 102. 130. 142. Publicani Luc. 18, v. 13. Petri Luc. 5, v. 8. & Matth. 26, v. 75. Jobi 6. 42, v. 3. Manassis 2. Par. 33, v. 12. De hac Confessione notetur pulcherrimum B. August. dictum è l. 10. c. 2. Confessio mea Deus meus in conspectu tuo, tibi tacitè fit, & non tacitè, tacet enim strepitu, clamat affectu.*

Confessio ad proximum.

XII. *Confessio ad proximum est nihil aliud, quam mutua & fraterna reconciliatio, quæ is, qui proximum offendit, pœnitentiâ ductus, fatetur se peccasse & petit sibi ignosci. Hæc 1. à Christo & Apostolis præcepta Matt. 5, v. 23. 6. 18, v. 15. Luc. 17, v. 4. Eph. 4, v. 26. Jac. 5, v. 16. 2. à sanctis exercita Gen. 33, v. 4. 6. 50, v. 17. 19. Num. 12, v. 11. & 21, v. 1. 2. Sam. 19, v. 19. 3. à patribus commendata. Ita enim Theophyl. in v. 18. c. 18 Matth. Si tu offensus, habes eum, qui te injuriâ affecit, post trinā admonitionem sicut publicanum, erit & ille in cælo talis; si a solveris eum, i. e. confitenti & deprecanti ignoveris, erit & in cælo ei condonatū. Non n. solum quæ sacerdotes solvunt sunt soluta, sed quæcunq; & nos injuriâ affecti vel ligamus vel solvimus, & illa erunt ligata vel soluta.*

13. Tan-

XIII. Tandem *que ad verbi ministrum fit Confessio* est gemina; *Confessio ad* Papistica sive Cacodoxa, & Lutherana sive Orthodoxa: Illa im-  
 possibilis, hæc facilis; illa exitij, hæc salutis ministra; illa pri-  
 mitivæ & puriori Ecclesiæ ignota, hæc familiaris & notissi-  
 ma. Introdûta namq; in Ecclesiam ab antiquis Pontificibus, Lutherana,  
 ut loquitur *Sozomenus in tripart. historia l. 9. c. 35.* vel, ut *Nicephorus Lutherana*  
*ait l. 12. c. 28.* ab Episcopis, qui proximè post Christum fuere, quando in  
 anno nim. 260. Siquidem ut *Socrates l. 5. c. 19.* & *Nicephorus d. l. Ecclesiam*  
 testantur, propter *Novatianos* ritus ille institutus, & antiquo Ca-  
 noni Ecclesiastico de publica scil, Confessione & pœnitentia,  
 additio hæc adjecta, ut præsbyter deligeretur, qui probatè vitæ  
 esset, & simul taciturnus & prudens, apud quem per pœniten-  
 tiam resipiscentes, commissâ sua proferrent, quive secundum  
 unicujusq; culpam multam sive satisfactionem publicam in-  
 dicebat.

XIV. Erat verò Confessio hæc initiò, criminis tantum gra-  
 vioris & excommunicatione digni; & erat partim privata  
 ( crimina siquidem, quæ confessi erant, secreta servabantur )  
 partim publica ob satisfactionem publicam. Tandem verò  
 in merè privatam sive secretam commutata fuit, & confessi  
 sunt peccatores nō tantum crimina excommunicationis ful-  
 mine digna, sed & alia post Baptismum perpetrata peccata  
*βεβιωμένα*, ut loquitur *Sozomenus*, apud presbyterum *ἐξέ-*  
*μύθου*, qui eos etiam absolvit. *Nicephorus d. l.* Fecerunt verò  
 hoc, non quod confessionem hanc Sacerdotalem ad salutem  
 necessariam statuerent, ut nugatur *Conciliabulum Tridentinum*  
*Sess. 4. c. 5. Bellarm, l. 3. de pœnitentia c. 12. Costerus in Enchiridio p. 384.*  
 ( alias *Nectacius Episcopus Constantinopolitanus*, quem O-  
 rientales reliqui ferè omnes secuti, eam non abrogasset, &  
 permisisset, quemq; *μετέχειν τῶν μυστηρίων ὡς αὐτῶ σωμα-*  
*δεῖν καὶ ἰάσσειν δύνασθαι* ) sed quod utilem illam disciplinam esse,  
 multis modis Ecclesijs inservientem, uti postea dicitur, judi-  
 carent.

XV. Tot ergo modis fit Confessio, cui correlatè respon-  
 det Absolutio, quæ est adnunciatio remissionis omnium o-  
 mninò peccatorum *Matth. 16. v. 19. C. 18. v. 18. Ioh. 20. v. 23.* (valeat  
 B ergo

Qualis fuerit  
 initiò & post  
 facta.  
 Facta hæc  
 est mutatio  
 in Ecclesijs  
 Orientalibus  
 anno dicto;  
 in occidenta-  
 libus verò  
 tempore Le-  
 onis circa  
 annum Do-  
 mini 450.

Absolutio  
 quid.

*Quotuplex.*

ergo reservatio casuum & satisfactio Pontificia) facta verè  
credentibus *Actor. 10 v. 43. Rom. 4. 3.* (non igitur contritionis suæ  
quantitate & qualitate nitentibus) vel immediatè à Deo ( ut  
paralytico *Matth. 9. v. 2.* publicano *Luc. 18.* Latroni in cruce  
*Luc. 23* & omnibus ipsi vera fide confitentibus & remissionem  
peccatorum indes orantibus *Psal 32. v. 5. & 6. Jerem. 31. v. 34.*)  
vel mediatè à ministris, loco tamen & mandato Christi, qui  
ipsis potestatem concessit non tantum significandi eam, quæ  
jam intus est, sed re & actu ipso cõferendi peccatorum remissi-  
onem, uti infra contra Calvinianos demonstratum dedimus.  
Hæc verò à ministris facta absolutio, est vel generalis, omni-  
bus in genere confitentibus; vel specialis cuilibet in specie an-  
nunciata.

XVI. Nos ne uno missu diversas apponamus epulas, sepo-  
sitis reliquis Confessionis & absolutionis speciebus, agemus  
hac vice tantum de privata confessione & absolutione, eaq;  
non Papistica illâ, sed Lutheranâ. Quod proinde Deus Ter  
Opt. Max. feliciter nobis cedere jubeat, statum hujus nostræ  
Disputationis ponimus geminum, principalem & minus prin-  
cipalem. Principalis hic esto:

*Status hujus  
disputationis  
geminus  
principalis.  
Minus prin-  
cipalis.*

*An ritus privata Confessionis & absolutionis, qui in Eccle-  
siis Augustanam Confessionem amplectentibus in usu est;  
retineri debeat?*

Minus principalis sit hic:

*An pastores munera à confitentibus ~~æ~~ oblatâ acci-  
pientes, Simoniam exerceant, & ~~τὸ ἐξ τῆς ἐκκαμύνα~~ di-  
vi verbi & officij sui saliant?*

Nos quæstionem priorem affirmamus, posteriorem ne-  
gamus: Sacramentarij contra omnes, si non verbis, factis tamen  
priorem negant, posteriorem affirmant.

*Ipsorum Primpilus Johannes Calvinus in defens.  
secunda contra Vestphalum scribit, absolutionem priva-  
tam è foetidis Anti-Christi Romani lacunis originem suam  
habere, & ab ipso Diabolo in Ecclesiam invecam esse.*

*Cinglius in libro de vera & falsa religione: Audacia est  
eorum,*

eorum, qui prohibuerunt clavibus hominem certum fieri, qui non nisi per fidem intus certus est: Frustra dices liber es, non enim tu verbo tuo ipsum magis potes certum reddere, quam muscam elephantum facere, cum dixeris elephas es.

Henricus Büllinger in libro quem inscripsit, *Institutio eorum, qui propter Dominum nostrum Jesum Christum de fide examinantur, & variis questionibus tentantur*. quem à Germanico in Latinum transfudit sermonem Josias Simlerus Tigurinus in quest. 49 p. 54. hac habet. Nulla exempla vel precepta extant aliquorum, qui hominibus aut Sacerdotibus confessi fuerunt, hic enim honor Deo duntaxat debetur, qui filium nobis Pontificem dedit, qui universorum ac singulorum fidelium Confessiones sufficienter audit, ita ut non opus sit ejus loco aliquos constituere homines, qui Confessiones nostras audiant. Et paulò post. Nusquam beati Apostoli Confessionibus vacarunt aut absolutionem in aures confitentis insurrarunt.

*Confessio Helvetica posterior in harmonia Confessionum*. Quid ergo fidei sect. 8. c. 14. p. 138. Non necessarium est ad remissionem peccatorum consequendam, ut quis sua peccata Sacerdoti confiteatur susurrando in aures ipsius, ut vicissim cum impositione manuum ejus, audiat ab ipso absolutionem, quod ejus rei nec preceptum ullum, nec exemplum exiet in Scripturis sanctis. respondit Büllingerus ad v. 18 cap. 19 actuum apostolicorum.

Ludovicus Lavaterus de ritibus Ecclesie Tigurinae fol. 14. p. 2. c. 14. privatam, inquit, Confessionem & absolutionem Tigurina Ecclesia non retinuit, quia caret precepto & exemplo scripturae, contenta est publicam illam Confessione, quae ab omnibus, ministro praecunte, soli Deo fit.

Musculus in locis p. 239. Confessionem privatam appellat nequissimum Satanæ inventum ab ipso Diabolo in Ecclesia invehitum.

Ἰπόβλητον istud novitatum Berolinensium anno 1614. typis vulgatarum πεδωπων Benedict. Haberecht Confessionem auricularem variè sugillat.



Pag. 4. hæc habet: Die Ohrenbeicht hat keinen grund in Gottes Wort/sondern ist ein zusatz vom Papst erfunden/dem man nicht schuldig ist zu folgen/ vnd in der öffentlichen Beicht wird viel eyferiger/vnd mit mehrer andacht so wol die Beichte oder Bekän- niß/ als die Absolution getrieben.

*Audies hoc,  
si modo edi-  
um aures  
vacivas præ-  
bueris.*

Pag. 5. Warumb sol. es besser sein heimlich dem Priester et- was ins Ohr sagen/als öffentlich für der gantzen Gemeine zu beich- ten? Ibid. Kanstu lieber Hans beweisen/das die Ohrenbeichte ein grund in Gottes Wort habe/ so wil ich dir folgen/ denn auff den al- ten gebrauch mustu nicht gehen/damit wirstu nichts beweisen.

Pag. 6. & 7. Autor earundem novitatum quisquis tandem sit, sub persona Hans Knorrens/ quem sub Lutheri vexillo in- ducit, insigni calumnia ritum confessionis privatæ traducit, quando ait. Wenn ich zum Tæsterment wil gehen/ so halte ich mich denselben Abend sein nüchtern/ vber ein halb maß Wein trinck ich nicht/ lege mich darnach ins Bette / vnd las mir mein Weib o- der Kinder etwas fürbeten/vnd schlafe darüber ein/ deß Morgens nehme ich einen halben Thaler in die Hand / vnd wandere hin zum Caplan/ Beichte ihm / daß ich nicht gethan habe/ was ich solte/vnd bitte ihn / er wolle mir meine Sünde vergeben / ich wölle es nicht mehr thun/darauff heisset er mich auffstehen im namen Gottes des Vaters/ des Sohns/vnd des Heiligen Geistes. Vnd ich gebe ihm einen halben Thaler/ dabey bleibe ich. Videt Christianus Lector, quomodo tenebrio iste ritum privatæ Confessionis,  $\Psi\upsilon\psi\epsilon\gamma\iota\varsigma$  planè λόγους incuset,

*Pareus ad v. 8. C. 4. Osea, peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem eorum attollunt animas suas &c. Egreg è, inquit, notatur avaritia, & luxus Cleri Papalis, atq; etiam Pseudo-Evangelicorum doctorum, nam & illi animum at- tollunt ad iniquitates populi. Pro Concionibus horum nihil audias, nisi meras indulgentias, meram fidem, meras blan- ditias: inde plus quàm furiales invecitivas, anathematis, mos, fulmina in hereticos, quos vocant Sacramentarios; Ulcera populi, id est, scelera tangere nec volunt nec audent. Non volunt*

volunt, quia populi peccata lucrosa sunt, Et gibe gute Reich- Si accusasse  
pfennige/ non audent, quia populum jam pridem in pecca sufficiat quis  
tatis reddiderunt obstinatum. in. o. i. ens  
er. t?

Polanus ad eundem C. 4. Osee versiculum p. 37. edit. Ba-  
siliensis. Quod faciunt bodie qui questus ex celebratione  
Missarum ex audiendis peccatorum privatis Confessionibus,  
ex venditione absolutionis peccatorum, ex nundinatione in-  
dulgentiarum, anno presertim Jubileo, ex administratione  
Cæne Dominica faciunt.

XVII. Sed cur in aggerundis Calvinianorum testimonijs ni-  
mio opere operam sumo, cum res verbis potior? Quo enim  
quæso in loco, ubi Calvinianis ad faciendum & omittendum  
in rebus Ecclesiasticis datus est portisculus, privata viget Con-  
fessio? Nullo profectò. sed ubiq; ceu humanum & Papisticum  
figmentum est abrogata, & ut in reliquis Lutheranis Ecclesijs  
abrogaretur, digna judicata. Nostræ ergo potius Confessi-  
oni, tanquam depositæ salutis ægro succurram, tum prophyl-  
acticis, tum Catarthicis. Syllogismus  $\omega\epsilon\theta$   $\Delta$ ιλακτικὸς sit hic:  
*Quicumq; ritus in sacra Scriptura nec est mandatus, nec  
prohibitus, sed ejusdem, ut & orthodoxæ antiquitatis ni-  
titur Exemplis, præstat multas & insignes utilitates, à S.  
Patribus & adversariis hoc nomine commendatur, is certè  
est, pprobandus & retinendus.*

*Ritus Confessionis & absolutionis privata, nec est mandatus  
nec prohibitus in Sacra Scriptura &c. Ergo.*

XVIII. Majorem nemo, nisi qui ἀπὸ συγκατέξευκτη κακῆ Syllogismus  
inficias ibit. Cur enim, quod speciali aliquo verbo à Deo nec generalis pro  
est præceptum nec prohibitum, sed generali indultu, qualis affirmativa  
est ille Pauli I. Cor. 14. v. 26. Omnia fiant ad ædificationem & status prin-  
cipalis. v. 40. πάντα εὐχημόνως καὶ κατὰ τὴν ἑξουσίαν ἢ ὡς permissū; exem-  
plis, & orthodoxæ Ecclesiæ autoritate confirmatum, utilita-  
tibus insignibus commendatum, & liberè non possit & firmi-  
ter non debeat retineri, causam dicite viri Calviniani; nullam  
certè vel in speciem probabilem adferre poteritis, nisi pro nor-



norma actionum præter Dei verbum vestram etiam lubentiam & displicentiam obtrudere, & quasi aquam ferventem frigidam esse, ita Ecclesiasticas *ἑθάρσεις* putare, ac denique multas vobis usitatas ceremonias, quas nullo alio medio, nisi hoc defendere potestis, non sine Ecclesiarum vestrarum scandalo, missas facere velitis. Illud arrogantiae, istud temeritatis, hoc levitatis certissima indicina. Minor septem habet membra, quæ à veritatis confinio non abhorre ordine demonstrabo.

MEMBRUM I.

Confessio auricularis non est divino verbo mandata.

*Confessio  
auricularis  
an, & quo-  
modo non sit  
divino verbo  
mandata.*

XIX. Primum hoc membrum ultrò largiuntur adversarij, nullâ ergo opus probatione. Notandum tamen, nos hoc in loco, per Confessionem, non intelligere actiones istas utiles & necessarias, quæ in ea tractantur & perficiuntur, quales sunt ex parte ministri, absolvere pœnitentes, informare rudiores, consolari & erigere afflictos; ex parte confitentis peccatorum Confessio, serius ex consideratione eorundem dolor, & fides vera in Christum. (Hæ enim omnes & singulæ à Deo multoties tum ministris *Matth. 16. v. 16. & C. 18. v. 18. Iohan. 20. v. 20. Malach. 2. v. 7. Hagg. 2. v. 12. Esaiæ 40. v. 1. 2. Corinth. 1. v. 4* tum auditoribus *Eccles. 5. v. 5. Actor. 2. v. 38.* seriò injunctæ.) sed ritum & modum istum, quo istæ actiones perficiuntur. Hic enim nullo expresso Dei verbo mandatus, sed ab Ecclesia ex libertate, quâ pro circumstantiâ locorum & temporum, & pro ut viderit expedire Ecclesiæ & fidelibus, instituere potest res multas suâ naturâ indifferentes, ad ordinem decorum & ædificationem facientes, introductus, & iterum quibusdam in locis abrogatus (vide supra *ἑθάρσιν* 13. 14.) id quod ipsi etiam Canonistæ & Scholastici, non sine rubore suorum asselarum, adfirmant, quorum testimonia non modio, sed trimodio demensa, vide apud Dn. Gerhardum *tomo 3. locor. Theolog. de pœnitentia th. 103. p. 846. & seqq. B. Chemnit. in examine Concilij Tridentini Cap. 5. p. 375. Zanchium in Opere posthumo C. 19. p. 754. seqq.*

II. MEM-



MEMBRUM II.

*Confessio privata non est prohibita.*

XX. Hoc tamdiu asseremus, donec Adversarii, contrarium, si non totidem verbis, sensu tamen manifesto & dilucido e scriptura producant, quod eos facere non posse tam certum, ut hoc certo nobis nihil sit certius. Sed ut aperto Marte & velut collatis signis cum adversariis configam, propicio in medium argumenti pilum hujusmodi:

*Confessio  
privata non  
est divino  
verbo prohibita.*

*Quidquid omnibus sui partibus cum lege divina consentit,  
illud nequaquam à Deo prohibitum dici potest.*

*Ritus privatae Confessionis & absolutionis omnibus sui partibus cum lege divina consentit.*

*Ergò.*

XXI. Major est manifesta, & probata, tum scripturae, Rom. 3. v. 20. & C. 7. v. 7, tum ipsorum Calvinianorum suffragio. Ita enim Zanchius in opere posthumo C. 10. thesi 1. p. 169. Omnium bonarum legum (si omnium certè etiam divinae, à quâ reliquæ omnes vitam & robur nanciscuntur) duplex est officium, docere quid faciendum, quidve vitandum sit; ac præcipere ut fiat ac vitetur, quod faciendum vitandumve est, hominesque ad hæc præstanda obligare. His *ἑνάμιλλα καὶ οὐζυα* dicit Ursinus in Catechesi mihi p. 691.

XXII. Minorem probo Confessio privata complectitur, quoad confidentem 1. peccatorum coram pastore, Christi his in terris optione, generalem ante usum S. Cœnæ confessionem, eorundemque seriam detestationem. 2. Sub potenti Dei manu humiliacionem. 3. Veram in merito Christi & promissionibus gratiæ fundatam fidem. 4. Emendationis promissionem. 5. Pro absolutione gratiarum, ad Deum directam, actionem.

*Quo ad Pastorem.* 1. diligentem in fidem, mores & profectus confidentis inquisitionem. 2. Eiusdem informationem. 3. Peccatorum & iræ divinae exaggerationem. 4. Verbi

4. Verbi

4. Verbi consolationis specialem applicationem. Quid quæso, dicite vos qui tam iniquè injuriæ estis in salutarem hunc confessionis ritum, hinc impium, prohibitum & damnatum? Nonne ut quædam indifferentia relicta, ita quædam ex Evangelio, quod Legi nequaquam repugnat ( Duo enim Seraphim se mutuo respiciunt *Exod. 25. v. 20.* ) nata & accensa, reliqua verò in lege divina præcepto scilicet primo, secundo & tertio exacta? Et quid multis? habemus ipsorum adversariorum testimonium. Ita enim *Zanchius in Volumine tractationum Theologicarum posthumo C. 19. p. 757.* Si ad legitimos debitosq; fines fiat Confessio, non video cur damnari possit, cum non pugnet cum verbo Dei, & multas secum afferat utilitates. Non pugnat, quia nullibi prohibetur, conformis potiùs est, quia *Iacob. dicit C. 5.* Confitemini alter alteri peccata vestra.

*Obiectio ad- XXIII. At excipient forsan adversarij, Confessionem nostram verariorum duplici nomine legi divinæ contrariari. Cum 1. honorem, qui gemina. soli Deo debetur, nempe Confessionem peccatorum pastori tribuat, & eum 2. ex absoluteione Simoniam faciat. Quo ad primum, argumentum sive Syllogismus esset talis:*

*Qui honorem Creatori debitum tribuit creatura, impingit in primum Decalogi præceptum.*

*Lutherani hoc faciunt, quia confessionis honorem soli Deo debitum, exhibent pastori. Ergo.*

*Cur Confi- Resp. ad Minorem negando. Confessio enim, quæ Deo of- teamur fertur, ab ea, quæ pastoribus fit, toto cælo discrepat. Deo Resp ad namq; confitemur, quia ipsi soli peccavimus Psal. 51. v. 4. Ipse est, qui probat corda & renes Psal. 7. 10. Ierem. 11. v. 20. ipsius cæculi multo plus lucidiores super solem, circumspiciunt omnes vi- primam. as hominis & profundum abyssi Ecclesiast. 23. v. 18 & ipse delet iniquitates nostras, & peccatorum nostrorum non recordatur. Esa. 43. v. 25. Ipsi solus est, inquit Cyrillus l. 12. in Iohannem C. 56. ut possit à peccato homines solvere, cui enim alij prævaricatores liberare à peccato licet, nisi legis ipsius auctori? Deo. Pastoribus. Pastoribus verò confitemur, quia sunt Dei cooperatores. 1. Corinth. 3. v. 9. mysteriorum divinorum dispensatores 1. Cor. 4.*

P. 1.

v. 1. Legati Dei 2. Cor. 5, v. 20 Eph. 6, v. 20. per quos Deus ordinariè  
 agens omnia per Christum parva beneficia nobis dispensat & con-  
 fert; sunt item spirituales parentes 1. Cor. 4, v. 14. Galat. 4, v. 19. qui  
 parvuriunt & gignunt nos per verbum. Illa ergo, quæ Deo offer- *Confessio quæ*  
 tur confessio, est actio, quæ tribuimus Deo nostro iustitiæ, poten- *ad Deum diri-*  
 tiæ, misericordiæ & veritatis gloriã, quod scilicet iustus sit, & id *gitur quid sit?*  
 eo peccata odio habeat, ac propterea nos nõ tantũ corporalibus,  
 sed & æternis supplicijs punire posset, nisi misericordiæ & pro-  
 missionum suarum memor eadem, cum solus possit, propter Chri- *Marc. 2, v. 7.*  
 sti Mediatoris satisfactionem, gratuito nobis dimitteret. Hec ve- *Confessio ad*  
 rò quæ *pastori* exhibetur Confessio, est actio, quæ petimus ab ipso, *pastorem dire-*  
 non, ut secundum quantitatem & qualitatem peccata æstimet, ac *cta quid.*  
 certas satisfactiones & multas pecuniarias imponat, sed ut remul-  
 sionem peccatorum nobis dispense, cum certò statuamus 1. ipsi *2. Cor. 3, v. 6.*  
 us ministerium esse Spiritus ministerium, per quod Spiritus san-  
 ctus hæc in vita ordinariè est efficax. 2. Ipsius absolutionem tam-  
 esse ratam in cœlis, ac si ipse Christus præsens præsentem eam ad-  
 nunciasset. Breviter Ergo, Illa Confessio offertur Domino, & tri-  
 buit ipsi remissionem *ἀντιγραφὴν* seu absolutam; hæc servo  
 & assignat ipsi remissionem *ἀνακοινωνίαν* seu legatariam. Illi peti-  
 mus, ut Deus largiatur nobis id, quod solus & *ἀντιθέσταις* potest;  
*hæc* oramus, ut minister id, quod non potest ex se, sed quod habet  
 ex gratiã, non suo, sed Dei nomine nobis conferat. Quid hæc. cul-  
 pabunt adversarij? annon quia Deus, se per ministros efficacem  
 fore, promisit, ipsi adeundi & rogandi, ut dispen- sent sibi con-  
 credita mysteria nomine & mandato Domini sui? Bardus profe-  
 ctò esset, qui legatum principis, plenariam in re aliqua agendi po-  
 testatem habentem non adiret, & ut eam, quam ex indulto prin-  
 cipis habet potestatem exerceret, non rogaret, si præsertim sciret,  
 principem nulla alia ratione ipsi auxiliatrices manus præbiturum.

XXIV. Secundum quod attinet objectum de eo infra thesi 56. Resp. in dire-  
 ctum. Hic tantum moneo, ut caveant adversarij, ne suis ipsi *Et ad secun-*  
 dæ ad secun-  
 dæ, & plura vulnera accipiant quàm infe-  
 dam,  
 rant, Si enim Simonia est pro labore accipere recompensa-  
 tionem, quã fronte illi accipient solaria? Sed  
 de his infra.

C

3. MEM-



III. MEMBRUM.

Absolutio & Confessio privata nituntur Scripturæ exemplis.

*Confessio & Absolutio privata in & quomodo Scriptura nitantur exemplis.* XXV. Quando Confessionem & Absolutionem privatam Scripturæ exemplis niti dicimus, non volumus in Scripturis reperiri omnes externas illas circumstantias, quæ in nostris Ecclesijs propter *ὁμοιωσιν ἢ οἰνοδομῶν* hodieq; observantur, quales sunt, quod pastor in templo, & in peculiari ad hoc destinato sedili sedet, iteq; pro ratione confitentium examen instituit, in quo quid de præcipuis fidei articulis sentiant & credant, explorat; quod etiã confitentes in aures pastoris, quasi insusurrant Confessionem, ne ipsi venator adsit cum auribus plagis; quod itẽ Confessio fiat diebus profectis, festis, dominicis, ante usum S. Cœnæ, & post auditã concionem. neq; 2. volumus, quod exempla illa necessitatem privatæ Confessionis inferant, quasi quilibet remissionem peccatorum inhians cogatur coram pastore confessionem edere, & sine ea voti compos non fiat, quo sine *Bellarminus* quædam pro Pontificiã Confessione stabilienda, vanè profectò, adducit exempla. Sed 3. contendimus, quod quædam in S. Scriptura exempla satis superq; evincant, non esse impium & idololatricum, sed Scripturis sanctis consentaneum; Vel 1. coram pastore confiteri, vel 2. Evangelij vocem remiss. peccatorum omnibus in genere adnunciantem, cuilibet credenti in Individuo applicare.

XXVI. Tale ergo argumentum nostrum.

*Quodcumq; à sanctis Dei hominibus, imò ipso Christo usurpatum, illud non est impium, & temerè abrogandum:*

*Confessio & Absolutio privata à sanctis Dei hominibus, &c. E.*

Majorem tantum abest, ut negent Calviniani, ut potius ipse *Bucan.* loc. 30. qu. 22. nec non *Zanch* l. ante citato p. 758. col. 2. non obscure eam ponant. Minor constat tum è *Vet. tum N. Instrumento.* In V. T. qui sacrificia sua Hierosolymam adducebant, sive Levitæ sive auditores erant, ante mactationem & oblationem sacrificiorum, confitebantur non quidem omnes, sed insigniores & maximè notorias iniquitates, uti colligitur ex *Lev. c. 4, 20. 25. 35. & cum primis. c. 5, v. 5.* Sic *David* quamvis suam ad Deum dirigeret confessionem, coram *Nathanael*

*phæ*

thane tamen nihilominus eam faciebat, qui etiam ipsi in specie  
absolutionem & peccatorum remissionem annunciavit, quando  
dixit. Sussulit Deus peccata tua. Confer C. 12. 2. *Samuelis cum titulo Ps.*  
51. In N. T. ut Confessionis ministro factæ unum *Matth. 3. 6.* ita ab-  
solutionis specialis ab ipso Christo pronuntiata tria præclarissi-  
ma extant exempla. *Matth. 9. 2. Luc. 7. 46. & C. 19. 9.* Facessant ergo  
*Calviniani* qui sine omni omnino fronte nullum private Confessi-  
onis & absolutionis in Scripturis extare exemplum ad ravim usq;  
clamitârunt hæctenus: His enim ceu helleboro aliquo ista ipso-  
rum dementia si non expurgari, certè tamen recundi potest, uti  
videre apud *Bucanum & Zanchium* locis citatis.

IV. MEMBRUM.

Confessio nititur orthodoxæ Antiquitatis  
exemplis.

Confessio niti-  
tur orthodoxæ  
antiquitatis  
exemplis.

XXVII. Hoc membrum accuratè notandum, cum eo solo  
fanus facere possimus adversariorum isti ad nauseam usq; repeti-  
to Coccylmo, quo salutarem hunc ritum fermenti papistici no-  
mine suspectum reddere satagunt.

Nos ita argumentamur:

*Si Confessionis & Absolutionis private ritus longè ante Pa-  
patum in Orthodoxa Ecclesia viguit, è fœtidis Anti-  
Christi Romani lacunis ortum non habebit.*

*Sed viguit. Ergo.*

Pro probatione transsumtionis notandum. *papismum* primas  
radices agere cœpisse sub Cæsaricida *Phoca*; hic enim ut Româ si-  
bi minus haberet contumacè, Romanû Episcopum, qui tunc erat  
*Benifacius III.* Constantinopolitano superiorem dici & haberi iussit  
circa ann. Christi 603. vel ut alij volunt 612. Jâ demonstravimus  
supra th. 13. è receptæ fidei historicis *Socrate scil. Sozomeno & Nice-  
phoro*, quod ritus Confessionis & absolutionis private in Ecclesiâ à  
sanctis Patribus fuerit introductus circa ann. Christi 260. Accedit  
primò, quod tum *Cyprianus*, tum *Basilius*, tum *Origenes*, tum *Augustinus*,  
tum *Chrysostomus* honorificè (loca infra citavi th. 42.) ejus fecerint  
mentionē, qui tamen omnes antequàm *Papa* & ipsius cum collati-  
vis ventribus *Monachi* esse cœperunt, esse quoad deteriolem sui

parte desiderant, & ad plures abierunt. *Accedit Secundo, quod Nectarius Ep. Scopus Constantinopolitanus eundem Constantinopoli circa annum Christi 400. abregi venit, propterea quod mulier quaedam nobilis continentiam, quam saepius in templo habuerat cum Diacono, e cuius praeccepto ieiunarat, & Deo operibus supplicarat, notam fecerat populo, qui propterea se viebat in Sacerdotes, quasi per eos injuria esset facta Ecclesiae, ut loquitur triparti a l. 9. c. 35.*

*Conf. s'o auri-  
cul. r'is Ponti-  
ficia à quo &  
quando in Ec-  
clesiam intro-  
ducta.* Deniq; tertio accedit, quod Confessio auricularis pontificia Anno demum 1213. Romanae Ecclesiae, (quae à tempore Leonis istum, de quo nobis sermo, confessionis ritum observaverat) sit obtrusa ab Innocentio tertio Pontifice, id quod praeter Polydorum Virgilium lib. 6. cap. 1. de Inventoribus rerum testatur etiam Francus lib. 1. Chronicor. & ipse Innocentius l. 2. de Martyribus hisce verbis.

Debet peccator omnem omnino peccati circumstantiam confiteri, secundum quod majus peccavit, in loco, in tempore, in numero, in persona, secundum aetatem, secundum scientiam, secundum gradum, secundum ordinem, si facile, si frequenter, si manifeste, si perseveranter. Haec omnia crimen exaggerant, & ideo debet singula confiteri, ne vel delictum alleviet, vel peccata excuset, pudor enim Confessionis pars est non modica satisfactio.

*Zanchius à no-  
stris stat parti-  
bus.* XXIX. Et cur mihi ipsi exercitum impero, cum nulla urgeat necessitas? Ipse quidem Zanchius inter Calvinianos non minus, nobiscum statuens publicam primitivae Ecclesiae usitatum Exomologesin privatae Confessionis natales dedisse, quid aliud quaeso facit, quam quod eandem in orthodoxa S. Patrum Ecclesia viguisse adfirmet? Ita vero ille in opere posthumo c. 19. p. 691.

*Aliud & diver-  
sum testantur  
supra citati  
Ecclesiastici  
scriptores.* Quo ex loco (intellige Cypriani istum, quem infra citavi thesi 42.) apparet, unde ortum habuerit privata peccatorum Confessio, & qualis initio fuerit. Ortum habuit à pijs, privatis tamen hominibus, sed sine verbo Dei, & causa illis erat, partim ut se humiliarent coram Deo apud fidum Dei servum, partim ut pondus conscientiae exonerarent; partim ut salutaria consilia adversus suos morbos à sancto atq; erudito ministro peterent atq; acciperent.



rent. Cæterùm libera erat, nemo ad hanc cogebatur, vel verbo Dei, vel ab Ecclesia.

V. MEMBRUM.

Confessio & Absolutio privata præstant insignes utilitates.

Zanchius in-  
distinguit lo-  
quitur.

XXIX. Harum utilitatum potissimum sex sunt, una respicit ministros, tres auditores, duas Ecclesiam.

Quæ ministros respicit utilitas, est necessaria confitentium Exploratio, & si opus, informatio. Exploratio hæc inquit in confitentium, tum fidem, an scilicet doctrinæ Christianæ capita rectè intelligant; tum contritionem, an verè & syncerè ob admissa peccata non tantum exploratam ex timore pœnæ, quam amore Dei & odio peccati doleant; ratio & informatum propositum, an seriò per gratiam Spiritus sancti eniti velint, ut turpissimas peccatorum paludes, quibus sese totos aurium tenus hæctenus immerferunt, quantum fieri potest, imposterum fugiant & evitent. Informatio fit de omnibus Christianæ religionis capitibus, cum primis verò de peccatis, quorum indicatur magnitudo, ut lugeantur admissa; deformitas ut expuantur omissa; remedium ut vitentur & mortificentur à Diabolo immissa. De ira Dei, cujus exaggeratur gravitas, ut deploretur admissa levitas: De Christi satisfactione, cujus causa indicatur, modus docetur, fructus insignis applicatur. De sacra Cœna, cujus inculcantur efficiens, materiæ, forma & finis, quod nempe fit Spiritualium morborum panacæ, τὴν ἀθανάσιαν medicinam, & gratiæ, misericordiæq; divinæ certissima indicina. De nova obedientia cujus causæ & modus indicantur.

Prima Con-

fess. & Absol.

privata utilis

tas est confi-

tium explo-

ratio & infor-

matio.

Ea qualis.

XXX. Hæc exploratio & informatio est utilis & summè necessaria, tum Confidenti, tum pastori. Illi ut hac ratione seipsum probare discat an sit in fide, 2. Corinth. 13. v. 5. & dignus sacri convivij hospes 1. Corinth. 11. v. 28. probatio enim hæc instituta salutem, omissa exitium certò adfert; à multis verò ommitteretur, sine hac si esset Confessione. Quamplurimi enim etiam nunc, nbi tamen omnes omninò oscitantur obserantur timæ, ex mera tantum consuetudine ad pastorem veniant, absolutionem petant, & ad sacram Cœnam accedere cupiant, nòrunt verbi ministri, qui sapius

Necessaria,

confidenti.



ærumnam sextâ Herculis graviolem suscipere & perpeti coguntur in oppugnanda & expugnanda hac confitentium supina negligentia & exitiali inscitia, quâ sese insciti in æternæ damnationis baratrum capesserent, nisi prius è more nostrarum Ecclesiarum, Confessione privata, & in eâ pastorum examini sese sisterent.

Pastori.

XXXI. Pastori vero hæc exploratio & informatio est necessaria, tum 1. quia ipsius est officij, non solum in genere monere, docere, consolari in publica congregatione; sed etiam exemplo Pauli, *Act. 3, 31*, privatim singulis id præstare, cum sciat se esse constitutum speculatorem universæ domui Israel, cujus sanguis in ipso erit, si viderit gladium venientem, & buccinâ non insonuerit *Ezech. 33, 6 7*. quod item pervigilet, quasi rationem redditurus pro animabus suorum auditorum. *Ebr. 13, v. 15*. tum 2. quia est dispensator mysteriorum Dei, & sedulo cavere debet, ne sacrum det canibus, & margaritas porcis projiciat *Matth. 7, v. 6*. quod profectò faceret, si rudioribus & mysteriorum fidei ignavis itemq; in peccatis pertinaciter perseverantibus usum Cœnæ sacræ concederet, sed faceret cum æternæ salutis naufragio, id quod præter adductos sacræ Scripturæ locos testantur etiam *Cyprianus & Chrysostomus*. Ille enim *lib. 2. de doctrina Christiana cap. 40. & sermone 5. de lapsis ait*, non tantum eum reum esse corporis & sanguinis Christi, qui indignè ad S. Cœnam accedit, sed etiam, qui sciens & volens indignis porrigit. Hic vero *homilia 83. in Cap. 26. Matthæi mavult* sanguinem suum profundere, quàm sancta Domini, contemtoribus divini judicij reis, distribuere.

Ipsorum Calvinianorum testimonio.

XXXII. Explorationis & Informationis hujusmodi necessitatem agnoscunt *Zanchius & Beza*. Ille enim *l. sæpè dicto p. 758*. confessionem privatam exinde commendat; Hic in volumine Epistolarum, *Epist. 20*. expressè scribit. *Hinc* (intellige quia præposterè & perperam agunt ministri, qui nondum satis institutos & eruditos ad Domini mensam admittunt) *in omnibus benè constitutis Ecclesiis confessio oris maximoperè commendatur*. Intelligit autem, uti patet ex contextu, per Confessionem oris non generalem illam peccatorum, confessionem, quæ fit pastori, sed responsionem Catechumeni, & cujusvis auditoris, quam dat ad quæsitâ Catechizantis sive pastoris. Ergo tale pro Confessione nostra ex ipsorum pharetra depro-mo argumentum: Quit-



*Quicquid est commodissimum medium explorandi & infor-* *Commodè in*  
*mandi rudiores, ac sacram Cœnam usurpare volentes, Confessione*  
*illud non est temerè abrogandum.* *privata insti-*

*Ritus Confessionis privata est ejusmodi medium.*  
*Ergo, &c.*

*Major sua radiat luce nitens usitato isto axiomate; Qui vult*  
*finem, vult etiam ad finem destinata media. Minorem & Zanchius*  
*& experientia confirmant. Argumentum esto tale.*

*Ubicunq; commodissimè fieri potest, oris confessio, sensu &*  
*mente Beza sumta, ibi instituenda exploratio, id est,*  
*interrogatio.*

*Atqui in Confessione privata commodissimè fieri potest.*  
*Probo.*

XXXIII. 1. In publicis examinibus sæpè pudor vel timor  
præpediunt dicta linguæ: pudor quando interrogati de interro-  
gatis nihil sciunt, nisi nescio; timor quando vident adstantes, &  
metuunt vel memoriæ vel linguæ lapsum; Non fit hoc in privato  
confessionis examine, ubi liberè sine omni metu & loqui & respō-  
dere audent, cum sciant suam vel ignorantiam vel errorē, nemi-  
ni posse innotescere, cum, quidquid in Confessione agitur, taci-  
tum secum habeat pastor, ita ut Fidei melius credi non possit il-  
lud quod pastori creditur in Confessione, quæ idè etiam priva-  
ta dicitur. 2. In publico examine contingere potest, ut quidam  
vel non præmeditati accedant, vel non examinentur, vel adstan-  
tes alias res gerant. Ad privatum contra Confessionis examen, qui  
accedit, animum discendi cupidum, quippe contritum & exone-  
rari gestientem adfert, diligentissimè examinatur (si modo illis  
fides est, quibus ea res in manu) & pro cibo ipsi est, quod dicit pa-  
stor. 3. In privato item Confessionis examine æquiore animo ac-  
cipiuntur correptiones, institutiones, &c. Pastor etiam ex ipsa  
Confessionis recitatione dijudicationē facere potest, num partes  
Catecheticas, quas recitare exactè potest, etiam intelligat confi-  
tens, cum multi dent sine mente sonū, ut edentula illa, quæ exactè  
no-

noverat recitare secundum Symboli Apostolici articulum, ac interrogata, quis esset Pontius Pilatus, respondit eum fuisse equum.

Tandem 4. quod de disputationibus aquila illa in nubibus Scaliger dicit; sicuti lapidum collisione ignis, ita opinionum collatione veritas elicitur; id de hac nostra Confessione, quæ nihil aliud quam placida & amica collatio, ubi & confitenti pars Orationis datur ad placitum, jure optimo affirmare possumus, non idem Calviniani, uti ex dictis liquet.

*Secunda utilitas Confess. & Absolut. privata, est specialis absolutio & conscientiarum territarum consolatio.*

**XXXIV.** Utilitates auditores respicientes tres sunt.

1. Est specialis absolutio & conscientiarum territarum consolatio.

Syllogismus sic hic.

*Quicquid animos confitentium de remissione peccatorum certissimos, & desæcatos atq; lubentes facit, illud non est rejiciendum.*

*Absolutio privata hoc facit:*

*Ergo, &c.*

Majorem qui negare præsumit, ei cogitandum relinquo, quantum bonum sit peccatorum remissio, quam unice unum plurimi pendendum, inquirendum & petendum. *Minori* sua constat indubitata veritas. Quas enim pastor in genere è suggestu secundum mandata Christi *Matth. 18 Job. 20.* pronunciat de remissione peccatorum, & consolatione in omnibus calamitatibus pijs obventuræ, promissiones, quasve ad se quoq; pertinere teneræ & afflictæ conscientia non possunt semper firma fide statuere; eas omnes in privata Confessione optimâ consequentiâ in Individuo quilibet verè credenti applicat, qui scit & credit verbum ipsius non esse inanem sonum, sed vehiculum & organum, per quod Christus, factis verba honestaturus, remissionem verè confert & communicat. Usus hunc Confessionis privatae, (qui est auro contra carior, & omnes ex animo fluctuationes & ægritudines exturbat, ac pectora pijs lætitiâ ripis superantia & abundantia, præstat)

*quod fatentur fatentur nobiscum Calvinus, Beza, Zanchius.*

*Calviniani.*

**XXXV.** Verba Calvini *l. 3. instit. Cap. 4. section. 12.* sunt hæc: Id officij sui unusquisque fidelium esse n̄ eminet, si privatim angitur & adflctatur peccatorum suorum sensu, non-

ne-

negligere quod illi à Domino offeritur remedium; nempe ut ad se sublevandum privatam Confessione apud suum Pastorem utatur, ac ad solatia sibi adhibenda privatam ejus operam imploret, cujus officium est & publicè & privatim populum Dei Evangelicam doctrinam consolari. Verba Bezae Cap. 7. Velum. 1. tr. Theolog. fol. 66. in antithesi Papatus & Christianismi extant talia, Sextum Confessionis genus (in frontispicio paginae dixerat, se urgere, sex confessionum genera ex verbo Dei) ad eos spectat, qui ut conscientiarum suarum paci consulant vel cum fratribus à quibus solatium expectant, vel cum pastoribus communicant quod eos premit, & suam tristitiam in eorum veluti sinum deponunt, ut eorum consilio & precibus juventur, quam confessionem meritò commendat Jacob. C. 5, v. 16.

[Obiter ex hisce Bezae verbis pro Confessione nostra tale necesse argumentum:]

*In quacunq; Confessione confitentes cum pastoribus communicant quod eos premit, & suam tristitiam, in eorum veluti sinum effundunt, ut paci suae conscientiae consulant, illa est in verbo Dei fundata, & à Jacobo commendata. In privata nostris Ecclesiis usitata Confessione hoc fit. Ergo &c.]*

Zanchij verbal. s. d. p. 758. sunt haec. Tertius (confessionis scilicet finis) est consolatio, ut scilicet pastor tuam conscientiam, jam sibi quam afflicta sit & quo morbo laboret ex tua confessione perspectam, verbo Evangelij erigat ac consoletur, certioresq; de peccatorum remissione reddat, pronunciat nimirum verbo Evangelij, peccata remitti omnibus poenitentibus & credentibus in Christum eoq; & tibi. Hoc autem quam commodissime fieri in privata Confessione potest. *Ibidem.* Praeterea melius potest conscientiam tuam miris consolationibus afficere, quam cum è suggesto Evangelium remissionemq; peccatorum omnibus poenitentibus & credentibus promiscue adnunciat.

XXXVI. 2. Auditores respiciens utilitas est confitentium Con- Tertia utili-  
fusio seu humiliatio, & quae exinde sequitur Dei glorificatio. Duos ho- tas est Con-  
fessionis fines, quorum ille ex peccatorum, hic è mi- fitentiū con-  
sericordiae divinae cognitione & consideratione resultat, Seri fusio & Dei  
ptura glorificatio.

D



ptura passim inculcat. Jam vero istis Confessionem & abso-  
 lutionem privatam inservire, nemo negabit. Quis enim, nisi  
 cui omnis planè perijt pudor, non confundetur & humiliabi-  
 tur, quando scelera sua non solum coram Deo, sed & coram  
 ministro generaliter licet ( corde siquidem & ore detestatur  
 & execramur Papisticam illam singulorum peccatorum enu-  
 merationem ) confitetur, cum ipsa recitatio confessionis tar-  
 dior, & subsequens pastoris Catecheticum examen ac collo-  
 quium, ad peccatorum, iræ, sanctitatis justitiæ & *Φιλανθρωπί-  
 ας* divinæ exactiorem perscrutationem, atq; sic majorem hu-  
 miliatorem non possit non ipsum deducere. Quis contra, nisi  
 qui omnia, quæ quis in ipsum benè facit, ingrata habet atq; ir-  
 rita, Dei non prædicabit gloriam atq; misericordiam, quando  
 non solum audit, quòd tam munis in omnes homines re &  
 verbis immunes, imò aliud planè meritos, fuerit, ut proprio  
 filio non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit *Rom. 8. v.*  
*32.* qui pro nobis mortuus est, cum adhuc peccatores essemus,  
*Rom. 5. v. 8.* ut haberemus redemptionem per sanguinem ejus *E-  
 phes. 1. v. 7. Coloss. 1. 14.* ut per ejus nomen remissionem peccatorum  
 acciperent omnes, qui credunt in eum. *Actor. 10. v. 43.* Verum  
 etiam quando sibi in specie remissionem peccatorum per &  
 propter illud Christi meritum adnunciari audit?

Sed ut adversarij hæc ita esse, uti diximus, credant rem ipsis  
 auctorem dantes, exemplum *Davidis*, ceu sponforem nostræ  
 orationis adducimus. Is à *Nathane* Propheta adjutus & excita-  
 tus adeò cognovit suum peccatum, ut ipsum etiam peccatorū  
 fontem & fomité agnosceret, agnitumq; deploraret; nec tan-  
 tum peccatum agnovit, sed & liberè confessus, nec hoc tantū,  
 sed & cum fiducia misericordiæ Dei imploravit, ac gratitudinē

*Quarta Con-* est pollicitus. Ipsi v. *Calviniani* non possunt non fateri *Davidem*  
*feßionis &* antè, quàm *Nathan* accessit, vel nihil vel parum de peccato suo  
*absolutionis* cogitasse. Confer *cap. 12. l. 2. Samuel* cum *Pf. 51.* refer huc etiam hi-  
*privata uti.* storiā excommunicationis *Theodosij*, cujus supra *θεοδ. 10.* facta  
*litas est laus* est mentio.

*obediētia &* XXXVII. Tertia auditores respiciens utilitas est laus obedi-  
*emendatio* entia & emendatio vitæ. Quando peccatores coram pastore sua  
*vite.* contentur peccata geminū verbi divini mandatum operis &  
 factis

factis experiuntur, & ob id obedientiæ laudem, non quidem coram Deo sed hominibus merentur. Primum mandatum est illud Iacobi 5. Cap. 16. Confitemini alterutrum peccata vestra. Alterum est D. Pauli, qui Cap. 6. Epist. ad Roman v. 19. jubet, ut, sicuti exhibuimus membra nostra immunditiæ & iniquitati ad impietatem; ita exhibeamus membra nostra servire justiciæ in sanctificationem. Utrumq; exsequuntur mandatum, quando ore quo peccaverunt, peccata etiam coram homine confitentur, & linguam, quæ antea fuit cordis, omnium peccatorum regiæ Matth. 15 v. 18. & 19. in peccatis ministra, ejusdem in pœnitentia illis opposita ministram faciunt.

XXXVIII. Pari modo multifariam vitam confitentium hac confessione emendatur. Præterquam enim, quod ob enormia peccata arguantur & reprehendantur, ad reconciliationem cum proximo adducantur, de hæresibus cavendis admoneantur, & si indigni deprehensi fuerint, à Sacra Cœna arceantur (quod ipsum, dici vix potest, quantum ad vitæ emendationem profit illis, quibus pietatis adhuc super est vel minima scintillula) salutaria etiam consilia ipsis impertit pastor, quomodo in posterum ea peccata, in quæ proclives fuerunt, facili negotio fugere & possint & debeant, quæ non tam commodè impertite posset in Concionibus, ubi animos & mores singulorum non ita habet cognitos & perspectos, sicuti hîc. Johannes sanè Baptista tum demum cuiq; pro ratione indigentiarum, consilium dabat, quando quilibet eas confitebatur. Luc. 3.

XXXIX. Quæ Ecclesiam respiciunt utilitates sunt duæ. Prima est hereticorum refutatio. Quia enim verbi minister hîc quemlibet peccatorem verè resipiscentem secundum tenorem & præscriptum verbi divini, (Esa. 1. v. 18. Ezech. 18. v. 32. Cap. 33 v. 11. 1. Joh. 1. v. 3. Cap. 2. v. 2. Luc. 24. v. 47. Iohan. 20. v. 22. 2. Cor. 5. v. 19.) exemplorumq; prælucentem faculam (exempla vide Exod. 32. 2. Sam. 12. 2. Paral. 33. Luc. 15. Matth. 9. Luc. 19. Matth. 26. 1. Corinth. 5. 1. Timoth. 1.) verè & in specie absolvit: ad oculum demonstrat, 1. Contra Catharos sive Novatianos Deum etiam post baptismum lapsos in gratiam recipere. 2. Contra Phorinianos Deum etiã petulantia & ultronea peccata, qualia sunt illorû, de quib publicû sumitur suppliciû remittere, sive falsû esse, quod illi dictitac das nemlich (ita loquitur autor libelli istius, welche die sein / die den

Quinta utilitas est hereticorum refutatio.



3. *Erru Christum verleugnen*) *muchwichtige Sünde kein Opfer*  
habe. 3. *Contra Calvinianos & Syvenckfeldianos* vocem ministri  
non esse inanem & inutilem verborum strepitum, sed instru-  
mentum & medium per quod Deus vere efficax est, & homi-  
num peccata verè remittit.

*Sexta utili-  
tas est here-  
ticorum pro-  
batio.*

XL. *Secunda Ecclesiam respiciens utilitas est hereticorum*  
*probatio.* Quicumq; enim respuunt, & virulentis dictis proscin-  
dunt atq; ex Ecclesia eliminant privatam Confessionem, illi  
aut Calvinismi aut Syvenckfeldianismi suspicionem vix effugient.  
Si enim rectè de ministerio Evangelij sentirent, si de absoluto  
Electionis decreto & ἀργαία Corporis & sanguinis Christi in  
S. Cœna, exitiosa opinio, ipsorum non dementasset animos,  
salutarem certè hunc Confessionis ritum non contemnerent,  
sed magnifacerent & exoscularentur, cum per eundem mini-  
sterij dignitas adstruatur, quilibet credens de electionis divinæ  
cærtitudine per meriti Christi & voluntatis divinæ generalis,  
specialem applicationem, certificetur, & de præsentia corpo-  
ris & sanguinis Christi in S. cœna immotis argumentis erudia-  
tur. Nam quod *Calviniani* ex Ecclesia, Confessionum & ab-  
solationem privatam exterminent, inde profecto est, quod  
separent ministerium externum ab interno, & semper respici-  
ant, ad absolutum suum decretum de paucis simpliciter Ele-  
ctis. Quia enim, ut somniant, Deus solus peccata immediatè  
remittit, & quidem illis tantum, quos ab æterno elegit, ideò  
absurdum atque impium judicant, tribuere ministris Ecclesię  
facultatem absolvendi à peccatis, tanquam soli Deo propriã.

*Utilitates  
Confessionis  
& absolutio-  
nis private  
σὺν δὲ ἑδν  
propositæ.*

XLI. Et hæc sunt sex istæ utilitates, quæ è confessionis &  
absolutionis private ritu resultantes, eum Ecclesiæ commen-  
datissimum reddunt: Nos eas Syllogismos generali inclusas  
proponemus & membrum hoc finiemus.

*Quicquid facit 1. ad rudiorum explorationem, & necessa-  
riam informationem. 2. Specialem absolutionem & consci-  
entiarum territarum consolationem. 3. Majorem humi-  
liationem & DEI glorificationem. 4. Obœdientia exerci-  
tationem, vitæ emendationem. 5. hereticorum refutationem, &  
eandem 6. eorundem probationem, illud certè non est rejici-  
endum.*

ciendum, sed sanctè retinendam. Confessio & Absolutio privata hoc faciunt. Ergo.

VI. MEMBRUM.

Confessio privata commendatur à Sanctis Patribus?

Confessio  
privata com-  
mendatur à  
sanctis Pa-  
tribus.

XLII. Testimonia Patrum hic non adscribam, cum præter opinionem excreverit disputatio. Videri ea possunt apud *Cyprium* tomo 2. operum per Joannem Le preux. anno 1593. editorum l. de lapsis p. 284. sect. 23. *Basilium Magnum* tom. 2. operum, Basileæ anno 1565. per Johannem Operinum & heredes Joannis Hervagij excusorum, in regulis contractuum, ad quæstionem 229. An si quid Vetiti sit gestum, quibusvis illud oporteat, rejecto pudore revelare, aut quibus & qualibus. Et eundem l. dicto ad quæst. 238. an qui peccata sua confiteri vult, omnibus illa debeat, & quibuscunq; confiteri aut quibus; *Chrysostomum* l. 2. de Sacerdotio. *Origenem* in Ps 37. homilia 1. Item in Cap. *Levici* 2. *Hieronymum* in cap. 6. *Matthæi* & in *Ecclesiasten* c. 10. *Augustinum* Epist. tertia ad Julianum Comitem. *Ambrosium* in tripartita historia l. 9. C. 30. Qui ipsa ipsorum Patrum desiderat verba, & libris destituitur, consulat *B. Chemnitium* part. 2. *Examinis Concilij Tridentini* Cap. 5. de Confessione p. 351. 352. & 345.

VII. & ULTIMUM MEMBRUM.

Confessio & Absolutio privata commendantur ab adversarijs.

Confessio &  
absolutio  
privata gau-  
dent a ver-  
sariorum te-  
stimonijs.

XLIII. Tantam semper potentiam habuit veritas, ut nullis machinis, aut cujusquam hominis ingenio aut arte subverti potuerit, ait lumen & flumen illud eloquentiæ *Cicero* in *Vatinium*. Ut enim taceam quod vel repente, non secus ac herba quædam solstitialis, vel tandem miserè sua in vanitate occubuerint & emortui sint illi, qui veritatem articulorum fidei in campum elicere, cumq; ea debellare ausi fuerunt; Ut etiam silentio involvam, quod veritas quamvis iccta & paulum pressa ceu *Antæus* quispiam resurrexerit & vires resumserit: Illud profectò non possum non mirari, quod ipsa veritas seipsam tandem in animos adversariorum ingesserit inque illis ceu

divinum quoddam fermentum turguerit, donec rursus ex illis  
verbi divini securi percussis, cœlestis tanquam Pallas, prosilu-  
erit. Assertionis meæ testem laudo & produco hac vice Con-  
fessionis & Absolutionis privatæ ritum. Istum omnes illi, qui  
*Calvini* in fronte gerunt stigma ex Ecclesia proscribere, imò fun-  
ditus extirpare magno molimine tentarunt; nihilominus ta-  
men istorum, quæ de utilitate & necessitate stupenda hujus ri-  
tus, ipsis hætenus opposuimus, veritas, ita ipsorum percussit  
& subegit tum animos, tum linguas, ut quasi extra se rapti fu-  
issent, & animum mente sincera non gessissent eundem eulo-  
giis exornarint, quorum quædam ascribam.

XLIV. *Calvinus* l. 4. *Instit.* C. 1. §. 22 presbyteri pias conscien-  
tias, promissionibus Evangelicis in spe veniæ & remissionis cõ-  
firmare debent, idq; tam publicè, quàm privatim, pro ut neces-  
sitas postulat. Sunt enim permulti, qui pro sua infirmitate sin-  
gulari pacificatione indigent, & Paulus non tantum pro com-  
muni concione, sed etiam per domos testificatum se refert  
fidem in Christum, & unumquemq; sigillatim admonuisse,  
Actor. 20.

*Petrus Martyr.* Classe 3. locor. Comm. c. 8. 28. Non tollimus uti-  
litatem, quæ ex confessione esse posset, quæ sit homini docto  
& pio, nempe ut homines consolationem habeant & institu-  
antur, modo libera relinquatur. Unde si confessio ejusmodi,  
quæ sit libera nec adigat ad enumerationem peccatorum, ali-  
cubi retineatur, non schisma propterea facimus, modo non  
constituant peculiarem Dei cultum, si quis commodum sibi  
provenire putet, non debet hujusmodi auxilium detrectare.

*Bucanus* l. 30. *quest.* 22. p. 323. Hoc (intellige quod Confessio  
ad solum Deum dirigi debeat) tamen non impedit, quin pri-  
vatus aliquis pastorem suum consulat, & animi sui secretum  
vulnus ei aperiat, & ab eo Evangelij consolationem expectet.  
Quin etiam sistant se pastori oves, quoties sacram cœnam par-  
ticipare volunt, ut vel consolationem, vel institutionem  
vel admonitionem sibi privatim accommodatam accipiant,  
modo absit tyrannis & superstitio. Est enim officium pastoris  
*δημοσία καὶ κατ' οἴκους*, i. e. publicè & privatim populum Dei  
Evangelicæ doctrina docere & consolari. Hujus est exemplum  
Davidis apud Nathan 2. Sam. 12. v. 13.

*Confessio*



*Confessio Helvetica posterior loco ante citato* Si quis peccatorum mole & tentationibus perplexis oppressus, velit consiliū, institutionem & consolationem privatim, aut à ministro Ecclesiæ, aut alio aliquo fratre, in lege Dei docto petere, nō improbamus

*Christophorus Pezelius parte 6. argumentorum Theologicor. sub titulo de Confessione privata ante usum Eucharistiæ p. 283.* Relicta alijs Ecclesijs sua libertate & remotā superstitione, non sunt damnandæ pleræq; per Germaniam Ecclesiæ, retinentes colloquium privatim, seu morem petendæ & administrandæ absolutionis privatæ, sive singuli, præsertim qui ad consolationem suam peculiariter hoc expetunt; sive plures simul accessuri ad sacram Synaxin, prius à ministris Ecclesiæ audiantur & erudiantur. Nam cum prudenter & piè exercentur hæc colloquia, neque delictorum enumeratio postulatur, neq; errores alij probantur aut stabiliuntur, quos addunt Pontificij: sed in genere fit confessio, quod homines agnoscant, se reos esse, & petitur Consolatio Evangelij; & rudiores explorantur, an intelligant doctrinam Ecclesiæ propriam & adduntur commonefactiones de omnibus partibus seriæ ad Deum conversionis & petitur ac declaratur promissio Evangelij & monentur homines, de legitimo usu Sacramentorum. Vide eundem in libro germanico, cui titulus *Auffrichtige Rechenschafft von Lehr und Ceremonien / so in den Evangelischen Reformirten Kirchen / nach der Richtschnur Göttliches Wortes angestellet / p. 111. & sequent.*

Quam nobis per omnia sit *ὁμολογηθῆναι* Zanchius patet ex ipsissimis ipsius verbis, citatis supra *thesi 22. 32. 34.* & reliquis, quæ quilibet videre apud ipsum libro & loco sæpè dicto potest. Referri huc potest argumentum quod supra è verbis Bezae *νευχι θεσφ 32. & c.*

XLV. Atque sic hætenus sententiam nostram de questione principali affirmativam, argumentis solidis demonstravimus: sed obstant aliqua ab adversarijs objecta, agite ergo & illa excutiemus, *ἢ γδ λυσις της διαφορας ευεσεως* *Ἰταί Philosophus l. 7. Ethicor. cap. 1.*

XLVI. Primum ergo objecit supra *Zwinglius thesi 16.* *Obiectio ad non posse ministrum verbo suo aliquem de versariorum remis-primæ,*

remissione peccatorum magis certum reddere, quam muscam elephantem facere.

Cinglio consentit Pareus, qui in Exegesi doctrinae Palatinae cum dixisset p. 40. ministerium Ecclesiasticum esse efficax organon Spiritus sancti, per quod fidem & conversionem in cordibus electorum accendat ac confirmet; subjicit p. 81. talem interpretationem, ut dicat internam vim & efficaciam, qua sanctificemur, non esse ministrorum, nec in ipsorum externo verbo & actionibus (sacramentorum scilicet administrationibus) inclusam, sed esse Spiritus sancti. & p. 82. negat ministros cum externis interna dona exhibere. Tale E. argumentum.

*Quicumque non habent potestatem remittendi peccata, illis non est facienda Confessio.*

*Ministri verbi non habent potestatem remittendi peccata. Ergo &c.*

Resp. ad Minorem. Per potestatem remittendi peccata intelligunt adversarij vel *αυτοκρατορικὴν* seu absolutam, vel *δικαστικὴν* seu judicariam, vel *Διακονικὴν* seu legatariam sine ministerialem. Si illam Andabatarum more cum proprijs sui cerebelli phantasijs pugnant adversarij. Demonstravimus enim supra thes. 23. eam non ministris, sed soli Deo competere. Si istam Pontificios feriunt, non nos, qui ambabus largimur manibus, potestatem, qua Confessionarius judicat ac aestimat quantitatem & qualitatem peccatorum, & pro eorundem ratione multam sive satisfactionem poenitentibus imponit, esse impium Pontificiorum figmentum, Scripturæ è diametro contrarium: Si verò hanc principium petunt, aut profecto in oppositione causarum coordinatarum crassissimum Elenchum committunt. Quæ enim Consequentia? Deus remittit peccata: Ergo ministri non remittunt? Annon simili ratione quis posset inferre, Deus nos justificat. Ergo fide non justificamur: Deus nos salvat. E. non Evangelium.

Potestas remittendi peccata ministris concessa; & quidē XLVII. Sed forsan negabunt adversarij potestatem remittendi peccata ministerialem pastoribus esse concessam? At quæ fronte? Luce siquidem clariora sunt S. Scripturæ dicta eandem illis tribuentia *Matth. 16. & c. 18. itemq; Iohan. 20.* At inquit, habent quidem potestatem, sed significandi tantum, non

non conferendi remissionem peccatorum. R. Significatio ista in- non tantum si-  
cludit applicationem & confirmationem. Negatis hoc Calvi- guisti andi, sed  
nisequa? Quare ergo dicite, dicuntur *mysteriorum Dei dispensatores, confirendi re-*  
*Dei cooperatores, & legati?* Quare Christus, paulo ante citatis diebus, *misionem pec-*  
*absolutionem Dei & ministri tam arcto copulat vinculo, ut sol-*  
*ventibus & ligantibus Apostolis, se non amplius soluturum & li-*  
*gaturum, sed in terris soluta vel ligata, in caelis rata habiturum ad-*  
*firmer?* Quare ministerium illorum comparatur clavi, cujus usus  
est non tantum significare apertionem, sed re ipsa aperire & rese-  
rare? Quare ministris tribuitur non significatio, sed ipse actus dan-  
di scientiam salutis populo, illuminandi, aperiendi oculos genti-  
um, ut convertantur à tenebris ad lucem, & potestate Satanæ ad  
Deum, justificandi homines, gignendi Deo filios, seipso & alios  
salvandi, *Luc. 1, v. 77, Eph. 3, v. 9. Act. 26, v. 18. Dan. 12, v. 3. 1. Cor. 4, v. 15.*  
*Galat. 4, v. 19. ad Philem. v. 10. 1. Tim. 4, v. 16?* Quare Petro loquente ce-  
cidit Spiritus sanctus super Cornelium & domesticos ejus *Act. 10,*  
*v. 44?* Quare Paulo manus imponente, venit Spiritus sanctus su-  
per discipulos, *Act. 19, v. 6.*

XLIX. Excipit *Grynæus* in disp. anno 84. Heidelb. habita *Instant.*  
*th. 6. aphorismo 4.* Ministerio externo ejus cohonestandi ergò effe-  
ctum ministerij interni tribui. Resp. Sed unum est Spiritus mini- *Solutio.*  
sterium, cui ceu instrumento *συνέργω* attributa causæ principa-  
lis, Dei scilicet, tribuuntur, cum verbi gratia ipse quidem remit-  
tat peccata, sed ordinariè ad annunciandam applicandam & con-  
firmandam remissionem peccatorum, & promissionem gratiæ ad  
singulos credentes, ministrorum operâ utatur, quibus dispensati-  
onem beneficiorum commendavit, quive proinde à sanctis patri-  
bus comparati tibijs, quæ sono alieno inflantur, & canalibus, per  
quos aqua ad hortos irrigandos deducitur.

Sed instat *Cinglius* per fidem solum nos certos esse de remissi-  
one peccatorum. At R. *Cinglium* vitiosè opponere absolutionem  
& fidem pœnitentis, cum hæc per illam insigniter augeatur &  
confirmetur, uti ex superioribus manifestum.

XLIX. *Secundo objiciunt.* Riturum hunc privatæ Confessionis è  
fœtidis AntiChristi Romani lacunis originem suam habere seu  
esse additamentum à Papa inventum. *Ein Zusatz vom Papst erfunden/*  
*ut loquitur Senior Haberecht.*

*In fide tria spe-  
ctanda appre-  
hensio, notitia  
& πλνεσφ  
gicæ: non quo-  
ad prius, sed  
quoad posteri-  
ora magis &  
minus recipit.  
Objectio se-  
cunda adver-  
sariorum.*

R  
Resp.



*Resp.* Quando adversarij ritum hunc privatae Confessionis  
 & absolutionis *Papae* inventum dicunt, aut volunt 1. eum in Ec-  
 clesia non viguisse, nisi sub *Papatu*; aut 2. eum in *Papatu* varijs ac  
 impijs traditionibus esse conspurcatum ac collutulatum, & pro-  
 inde abrogandū; aut 3. Confessionis ritum, nostris Ecclesijs usita-  
 tum, esse eundem cum eo, qui in Pontificijs hodieq; usurpatur Ec-  
 clesijs. Si prius, principium petunt, si secundum, pueriliter inepti-  
 unt, Si tertium, splendide mentiuntur. Nam quo ad primum de-  
 monstravimus *th. 13. & 27. invicē* Confessionē & Absolutionē pri-  
 vatā in orthodoxa Ecclesia viguisse. *Quo ad Secundum*, Nulla est in  
 argumento Consequētia. Major enim esset talis. Quodcunq; in  
*Papatu* impijs superstitionibus & traditionibus est conspurcatum,  
 illud abrogandum. Accedite, adeste vos *Camentarij*, vos fabri  
*lignarij* cum bipennibus, malleis, securibus, ascijs, &c. adeste &  
 excidionem facite templis, in quibus impias suas celebrarunt  
 missas, & ad mutuas statuas direxerunt preculas papicolae; contun-  
 dite item Campanas, quibus ad impia sacra convocarunt audito-  
 res. Discite quæso tandem o reformati (si modo reformatos &  
 illuminatos discere fas est) distinguere inter usum & abusum, qui  
 non tollit rei substantiam, & monitu *Salomonis Proverb. 25, v. 4.*  
 auferte scoriam de argento, & egredietur vas purissimum. Auri  
 massam luto inventam & eodem coinquinatam num rejicitis?  
 Nonne eandem à sordibus purgatam retinetis? Quare ergo  
 summis viribus atque opibus contenditis rejicere salutare ritus,  
 propterea quod abusu papistico nequiores facti? Tollite abu-  
 sum & retinete eos nobiscum propter salutarem usum, sic ve-  
 stras conscientias illæsas retinebitis & infirmos non offen-  
 detis. Quoad tertium longā demonstratione haud opus ju-  
 ricularis Pon- dico. Quilibet enim, nisi cui vel livor oculos præpedit, vel  
 rificia à *Luthe* fungus pro cerebro est, videt & intelligit nostram Confessionem  
 ranis ceu *βδέ-* à *Papistica* tantum differre, quantum summum cælum ab imā  
*λυγμ.α* quod terrā; imò nostras Ecclesias jamdudum eandem impiam &  
 dam rejicitur execrabilem uno ore pronunciasse. Cum 1. sit impossibilis  
 & exspuitur. exigens enumerationem non solum omnium & singulorum  
 peccatorum, sed & circumstantiarum, præsertim earum, quæ

psa-

peccatum aggravant, & in aliud genus peccati mortalis trahunt, ut loquitur *Catechismus Romanus part. 2. Cap. 2. de Sacram. pœnitentia numer. 41.* 2. Destituatur mandato & promissione divina, itemque piorum exemplis. 3. Commutet Evangelium in legem, statuens remissionem peccatorum, ex speciali enumeratione eorundem tanquam merito pendere, illamque ad culpæ remissionem & pœnæ diminutionem facere. 4. Sit carnicina conscientiarum, proponens inextricabilem questionum longam seriem, quam vide apud *Dn. Gerhardum* tomo 3. *locor. theologic. titulo De Pœnitentia §. 107. pagina 869. & seqq. 5.* Ansam præbeat multis clancularijs sceleribus & flagitijs, & denique 6. Primitivæ & Orthodoxæ Ecclesiæ fuerit ignota.

L. Tertio absurdis quibusdam ritus privatæ nostræ confessionis jugulum petere laborant. Ita enim infert *Benedict Habe* *Tertia adversariorum objectione.* recht in supra citatis novitatibus. Sage mir doch / dieweil du vnd andere mehr vermeinen / das niemand zum Nachtmal soll gelassen werden / er habe sich denn bey dem Priester angegeben vnd gebeichtet / wie muß es doch den Priestern auff den Dörffern gehen / die keinen Capellan haben / sie sind allein / haben niemands dem sie beichten können / beichten sich selbst / absolviren sich selbst / verzeihen sich selbst ihre Sünde / reichen sich selbst das Nachtmal. Ist so viel an der Ohren Beicht gelegen (nunc nunc arrigite aures & auscultate subtilissimo huic disputatori) Wie dein Wirt saget / so werden die gute Herren vbel ankommen / thun sie aber nicht Unrecht / warumb sol es denn ein andern verdämlich sein / wann er schon öffentlich beichtet / dieweil die heimliche Beichte keinen Grund in Gottes Wort hat. Similem ferè in modum disputat reformatæ religionis minister in Colloquio Germanico, Vonder zu Berlin fürgenommenen Reformation, Cujus autor *Eucharus Godofredi Notarius*, quando ait: Was haben ewer etliche selber gethan in sterbens Zeiten / haben sie nicht die Communicanten zusammen für das Altar in der Kirchen bescheiden allda in den Hauffen gefraget / vnd hernach einen allgemeinen Segen oder Absolution vber sie sämpflich gesprochen / weil sie aus Furcht nicht mit einem jeden / in sonderheit haben reden wollen.



len. Ist nun solche öffentliche Beichte dazumal recht vnd genug ge-  
wesen/ worumb ist sie heut vnrecht vnd nicht genug/ vnd was rich-  
tet ihr so viel Wesens darumb an. Hactenus ille.

Syllogismus esto talis.

Si Confessio privata omnibus ad S. Cœnam accessuris est necessaria, sequetur  
1. Pastores paganos Deo tantum, non alteri cuidam pastori consententes ini-  
què facere. 2. Absolutionem generalem omnibus ante Altare simul astanti-  
bus pronunciatam, non esse aut fuisse legitimam & efficacem.

Sed hoc ut & illud absurdum. Ergo, &c.

Solutio.

L I. Resp. Faciunt nã intelligendo duo ñi nostri reformati,  
ut nihil intelligant. Respondeo breviter ad propositionem. Si  
Confessio privata est necessaria, nempe simpliciter & absolute tùm de-  
mùm sequentur absurda, quæ nobis impingere satagunt antago-  
nistæ Quis vero è nostratibus unquam hoc docuit? Nonne omnes  
unanimè contra pontificios adferunt, privatam Confessionem nullo  
expresso Dei mandato, sed tantùm Ecclesiæ constitutione ac au-  
toritate niti & proinde indifferentem esse. Distinguant adver-  
sarij inter necessarium ad esse & necessarium ad bene esse. Confert Con-  
fessionis privatæ ritus ad remissionem peccatorum, & usum fru-  
ctumq; Cœnæ non simpliciter ac si sine isto illa obtineri non possent,  
sed ratione expedientia & commodi. Nam 1. eo utens firmiter credere  
potest absolutionis verbo, quippe quod ipsi in Individuo à mini-  
stro loco & nomine ipsius Christi adnunciatur & applicatur: 2.  
Melius se præparare potest ad dignam S. Cœnæ functionem cum  
modum præparationis in privato colloquio & audiat attentè &  
discat diligenter. Et nullus nostrorum Doctorum modum abso-  
lutionis generalis non in reformatis ( Calviniana ista dicebantur o-  
lim ) tantum, sed & Lutheranis quibusdam Ecclesijs usitatum, tan-  
quam impium vel vituperavit vel damnavit. Scimus quippe per  
Dei gratiam, verbum absolutionis, quod minister ibi, nomine &  
jussu Christi omnibus in genere consentibus annunciat, esse il-  
lud ipsum verbum, quod in nostris Ecclesijs, minister non omni-  
bus in genere sed cuilibet in Individuo applicat, ideoq; absolutio-  
nem istam veram & efficacem, hanc non solum veram & effica-  
cem, sed insuper etiam commodiorem dicimus ob causas nota-  
tas. Breviter ergo, Si aliquid obtinere velint adversarij, demonstrent  
ubi

ubi & quibus verbis nostrates docuerunt. 1. Confessionem privatam esse medium ad remissionem peccatorum simpliciter & absolutè necessarium. 2. Confessionem, quæ Deo fit non sufficere ad remissionem peccatorum. 3. Absolutionem generalem impiam & inefficacem esse; quod facient ad Calendas Græcas.

LII Sed dicit *reformatus Eucharistij minister*, Ist solche offenbarliche Beicht damals recht gewesen / warumb richtet ihr jetzt so viel wesens darumb an? Resp. Ipsum causæ fallaciam committere, Quare enim nec velimus, nec possumus abrogatione tum hujus tum aliorum adiaphororum cedere adversarijs disputatione i. sufficienter monstratum, quam haut gravatim videat.

Instantia.

Solut.

LIII. Sed *instare possent*, pastorem vel metu pestiferi contagij, vel alijs de causis privatam absolutionem in publicam commutantem è nostrarum Ecclesiarum doctrina iniquè & injustè facere. Docetur enim in Ecclesijs nostris. Adiaphora quatenus legitimo consensu totius Ecclesiæ consentientis, vel sunt præcepta, vel prohibita, non posse à quolibet proprio nisu & propria voluntate mutari. Argumentum esset tale:

Alia Instantia.

*Nullum adiaphorum legitimo consensu totius Ecclesiæ præceptum proprio & privato cujusdam ausu mutari potest.*

*Confessio & absolutio privata est ejusmodi adiaphoron. Ergo &c. Solutio.*

Resp. ad Majorem. Quamvis adiaphoron quoddam privato cujusdam ausu penitus mutari, antiquari & abrogari nequeat, suscipi tamen sive intermitteri certis de causis ad tempus potest, præsertim, si ista suspensio fiat cum Ecclesiæ consensu & non cū aliquo suo offendiculo, sed informatione auditorum. Sic ut ad *ἵεροσολων* suspendendi & descendamus suspendit interdum pastor ritum privatæ confessionis & absolutionis. Sed 1. non semper, verùm quando vel pastore ali-magnus Communicantium numerus, ne reliqui ad audientiam concionem venientes frustra veniant, vel contagia metuenda, nè immature pastoris morbo vel morte oviculæ debita priventur curâ. Nec 2. penitus abrogat, sed remotis obstaculis intermissum restituit, 3. Facit id consensu Ecclesiæ, quæ tantum abest, ut hoc ignoret, ut potius ubiq; fere dictis de causis observet. 4. Facit sine offendiculo auditorum, qui sufficienter edocti sciunt, intermissionem istius ritus remissionem peccatorum non impedire. 5. Deniq; facit cum eorumdem informatione,



trone, idq; dupliciter. *Quia* 1. eis ipso facto eximit opinionem de necessitate hujus ceremoniæ absoluta, quam in omnibus suis scriptis nostris adfricare satagunt auditoribus adversarij. 2. Eos ita etiam ad sufficientiam instruit ac informat & absolutionis vocem omnibus ac singulis pro ea quâ instructus à Christo autoritate applicat.

*Quarta ad-  
versariorum  
objectio.*

LIV. Quarto objiciunt nobis autoritatem B. Lutheri, qui (uti volunt) confessionem auricularem multis in locis damnavit & abrogatione dignam judicavit. *Eucharis* citat loca duo, quorum primum extare vult *tomo 3. VVitteberg f 244. alterum tomo eodem p. 252.* Sed nec *Argus*, qui tamen oculus totus fuit, verba citata in tomo tertio inveniret, & miror, quod *Eucharis* qui tamen *Notarius* ac ad veritatem dicendam juramēto adstrictus, ita hallucinetur. Verum ad rem. In omnibus, quæ citant, locis B. *Lutherus* non de nostris Ecclesijs usitata, sed de Pontificia confessione agit, eamq; in verbo Dei non fundatam, sanctis Patribus ignotam, ad cloacam ablegandam, & animorum carnificinam esse, adserit. Et cauteriatâ profecto conscientiam tum in aliis, tum in hac controversia B. Lutheri mantello suos obvelant errores adversarij, id quod ad oculum ipsis demonstrari posset, si chartæ angustia pateretur.

*Resp.*

*Quinta &  
ultima obje-  
ctio.*

LV. Tandem quinto objiciunt, ministros nostros ex absolutione Simoniam facere, cum munera à Confitentibus accipiant & pro istis absolutionem vendant. Vide *Pareum*, nec non *Polanum in Cap. 4. Osee supra th. 16. allegatos*; itemq; *Benedict. Haberecht* cui assensum dat Dn. *Eucharis* quando ait: *Es möcht warlich bey vielen das ansehen gewinnen / als wenn es euch umb die Beichtpfennige zuthun were.* Ut huic calumniæ adversariorum respondeamus, deveniamus necessum est ad Statum alterum hujus nostræ disputationis, qui supra *Jeod 16.* propositus, talis:

*Status minus  
principalis  
huius dispu-  
tationis ad  
quem re-  
spondetur  
Negatè*

*An Pastores munera à Confitentibus accipientes Simoniam exercent &  $\epsilon\sigma\kappa\alpha\mu\epsilon\nu\alpha$  divini verbi & officij saliant.*

LVI. Respondemus nos breviter negatè. Cui enim adimitur definitio, eidem & definitum.

*Atqui munerum huic acceptationi adimitur definitio Simonia.*

*Ergo & definitum.*

*Probo Minorem, Simonia definiente Zanchio c. 7. operis posthumæ p. 456.*



p. 456 est studiosa voluntas tum emendi, tum vendendi res spi- Ratio ne-  
rituales, rebusq; spiritualibus annexas. Ex hac definitione ita gationis.  
argumentor:

*Is demum est Simoniacus, qui accipit dona pro spiritualibus tanquam  
mercedem istarum rerum spiritualium atq; ad questum.*

*Ministri nostri non accipiunt munera confitentium tanquam mercedem  
donorum spiritualium atq; ad questum. E.*

Probatur Minor I Quia aliàs nisi adesset pecunia, peccata nõ  
remitterent, sicuti mercator non dat rem vendibilem, nisi illi,  
qui aut græcâ aut Romanâ fide eandem emit. Jam plurimis,  
qui ne plumbeum offerunt nummum, remissionem peccato-  
rum nomine & autoritate Christi impertiunt. Imo 2. post fa-  
ctam demum absolutionem, munera, si quis offert, accipiunt,  
& neminem ad offerendum cogunt. Sed 3. pro concionibus sedulo Emtionis &  
inculcant emtionis & venditionis contractum in spiritualibus ab/q; Simo- venditionis  
monia vitio, non licere instituere, tum quod dona spiritualia pecu- contractus in-  
niâ comparari nequeant, Act. 8. v. 20. Proverb. 3. v. 15. 1. Corinth 9. spiritualibus  
v. 11. tum quod Simoniaci sibi dominium in Spiritum sanctum quare non sit-  
& ejus dona arrogent, ( Emtor enim fit Dominus rerum em- licitus.  
tarum ) Denique quod dona Dei gratis donentur.

LVII. *Dicis quare ergo accipiunt illa munera? Resp. Quia versariorum 1.  
ipsis à confitentibus prothymè & gratitudinis declarandæ solut.  
gratia offeruntur. Sed instas. Forsan putant confitentes, se mu- Instantia 2.  
nusculo illo peccata redimere posse. Resp. Quare E. in confessi- Resp.  
onis recitatione petunt, ut minister ipsis absolutionem dispen-  
set non propter munus offerendum, sed propter Christi meri-  
tum? Quare non omnes offerunt? Instas. Impium esse pro spi-  
ritualibus accipere temporalia. Resp. Nec faciunt hoc ministri,  
uti demonstravi. Aliud verò est vendere res spirituales, aliud  
pro labore accipere stipendium & proæmium. Illud impium, hoc æquū, NB,  
id quod evincunt. 1. Dei & Christi mandata, quibus præcepe- Equum est  
runt, ut caverent Israëlita ne dereliquerent Levitam in omni pro labore  
tempore Deut 12. 19. & C. 14. v. 17. & ordinarunt ut ij, qui Evange- accipere præ-  
lium adnūciant de eo vivant Matth. 10. v. 10. Luc 10. v. 7 1. Cor. 9. v. 14. mium.  
2. Pauli monita 1. Corinth 9. Galat. 5. v. 6. communicet is, qui  
Catechizatur in verbo, ei qui se catechizat. in omnibus bonis. 3.  
illorum. Exempla, qui Sacerdotibus & Prophetis munera  
obtrule.*

obtulerunt; ut *Genes. 14. v. 20. 1. Sam. 9. v. 7, 1. Reg. 13. v. 7. & Apostolos communibus sumtibus sustentarunt Actor. 4. v. 34.*

LVIII. At dicis tandem generale esse illud Christi mandatum. *Matth. 10. v. 8. Gratis accepistis, gratis date. Resp. Si verba hæc Christi eo trahas, ut verbi ministris pro labore stipendium vel recompensationem detrahas, cum Anabaptistis Christo duas contrarias affinges voluntates, & Paulum cum Christo committes, Quod cum impium & absurdum, necessario statuen-  
dū Christum in citato loco loqui de donis miraculorū, quæ pro pecunijs vendi noluit, id quod etiā Elisæus in famulo reprehēdit, Breviter ergo. Vendere quod spirituale est, Simoniacū est, est, sed accipere aut dare aliquid pro sustentatione ministrantium spiritualia, secundum ordinationem Ecclesiæ, aut consuetudinem approbatam, licitum est, ita tamen, ut desit intentio emtionis aut venditionis, & ut ab invitis non exigatur per subtractionem spiritualium, quæ sunt exhibenda, hæc enim haberent quandam venditionis speciem, gratis verò spiritualibus prius exhibitis licite possunt statuta & consuetæ oblationes accipi Et tantum etiam de hac quæstione.*

*DEO Triuni sit laus honor & gloria in sempiterna secula.*


*Ἐπιστάματα.*


1. *Utrum minister Ecclesiæ, peccata, quæ ipsi in Confessione patefacta, e-  
jusq; in sinum deposita sunt possit, vel etiam postulante ita magistratu, debeat  
revelare? Negamus.*
2. *Sed si quid non tantum ex Confessione aliquod delictum resciverit, sed  
vel ipse viderit, vel aliquo quovis modo cognoverit? Distinguiamus.*
3. *An necessarium, ut quis semper uni tantum Pastori consueatur? Neg.*
4. *An quis in uno templo confitens, in altero ad sacram Synaxin accedens  
rectè faciat? Putamus.*

*Σφάλματα, quæ irreperunt, corrigat lector & legat.*

*Th. 1. pro 9. 4. th 7. l. 21. pro gubernationibus gubernatoribus. th. 9. l. 16. pro a-  
nimis, animis. th. 13. l. 14. pro unicuiusq; unicuiusq; th. 14. l. 8. pro Nicepho-  
rus, Nicephoro. eadem l. 12. pro Nectacius, Nectarius. th. 17. l. 9. pro *ωρεφ  
λακτιος, ωρεφουλακτιος. th. 18. pro συγκαζετςυκται, συγκατ-  
ζευκται. th. 23. l. 4. pro eum, cum. th. 28. l. 2. pro quidem, siquidem th. 31. l. 4.  
pro offeritur, offertur. th. 40. l. 14. pro confessionum, confessionem.**







COLLEGII ADIAPHORISTICI  
*Calvinianis oppositi*  
DISPUTATIO SEPTIMA,  
*De*  
**CONFESSIONE**  
**ET ABSOLUTIONE**  
privatâ, itemq; muneribus, confiten-  
tium.

*Quam*  
NUMINIS TRIUNIVS ADIUTU,  
SVB PRÆSIDIO  
BALTHASARIS MEISNERI, S. S.  
Theologiæ Doctoris & Professoris  
publici,  
*Placidâ συζητήσιν ventilandam proponit*  
BRUNO BROITZHEIMIUS,  
Brunsvvigâ Saxo.  
*Addiem 4. Maij, horis locoq; consuetis.*

WITTEBERGÆ  
Typis Iohannis Gormanni

ANNO M. DC. XVI.